

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe
der Quellenschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

Vierundzwanzigster Band.



**Hannover und Leipzig.
Hahn'sche Buchhandlung.**

1899.

IV.

Urkunden und Forschungen

zu den

Regesten der staufischen Periode.

Von

Paul Scheffer-Boichorst.

S. Thomas zu Acquanegra.

Ottenthal hat neulich aus einem Codex der Pariser Nationalbibliothek — Collection Baluze n. 17 — eine sehr wichtige, bis dahin unbekannte Urkunde Ottos des Grossen veröffentlicht. Nach seiner Aufzählung oberitalienischer Klöster¹, deren Archive beige-steuert haben, um die Sammlung zu Stande zu bringen, durfte ich annehmen, dass sie auch kaiserliche Urkunden der mich zunächst beschäftigenden Zeit enthalte; und die Vermuthung hat sich als richtig erwiesen. Einer meiner früheren Zuhörer, Dr. Kükelhaus, hatte die Freundlichkeit, den Codex für mich zu durchsuchen und mir alsbald die Abschriften von zwei ungedruckten Stücken zu übersenden. Beide Diplome sind für S. Thomas zu Acquanegra ausgestellt², das eine von Lothar III., das andere von Friedrich I.

Bis dahin fehlte es an jedem Zeugnisse, dass mittelalterliche Kaiser sich dem Thomaskloster zu Acquanegra gnädig erwiesen haben: G. B. Casnighi, der sich in unserer Zeit mit dessen Geschichte befasste³, hatte von der Existenz der zwei Privilegien keine Ahnung. So wird der Fund willkommen sein; und wenn die Urkunde Friedrichs I., die eine blosse Wiederholung ist und nicht einmal sein Itinerar ergänzt, auch keinen anderen Werth hat, als für Beziehungen Acquanegras zu unseren Herrschern einen Beleg zu liefern; — mit derjenigen Lothars darf ich die Aufmerksamkeit der Leser noch einen Augenblick beschäftigen. Sie ist die letzte, die meines Wissens aus seiner Kanzlei hervorging; sie erweitert dann unsere Kenntniss seiner Aufenthaltsorte. Am 6. November 1137 befand sich Lothar *in loco, qui dicitur Isola Cense, heute: Isola della*

1) Mittheilungen des Instituts für österreich. Geschichtsforschung XVII, 37. Danach geht der *codex vetus manuscriptus*, aus dem Baluze schöpfte, kaum über das 16. Jh. zurück. 2) Der Ort liegt am Chiese, nahe bei dessen Mündung in den Oglio. Daher auch: 'Acquanegra sul Chiese'. 3) *Raccolta di memorie e documenti riguardanti i tre paesi di Acquanegra, Barbasso e Medole nel Mantovano. Brescia 1860.*

*Scala*¹, südlich von Verona. Wenn nicht schon dort, so werden die Mönche von Acquanegra den Kaiser doch in Verona noch anzutreffen gehofft haben. Er aber hatte seine Reise ungemein beschleunigt; die Bittsteller mussten ihm bis Rivoli jenseits der Veroneser Clausen folgen. Da er schon am 11. November Trient erreichte², so ist die Urkunde, die der Tagesdaten entbehrt, zwischen dem 6. und 11. ausgestellt. Im Uebrigen mag noch bemerkt sein, dass Lothar dem Kloster, das sich 'römischer Freiheit' erfreute, ein Privileg Innocenz' II. vom 8. September 1136 bestätigt, aber doch unter Wahrung der Rechte des Reiches, von denen der Papst natürlich nicht gesprochen hatte³.

Lothar III. beschützt auf Bitten seiner Gemahlin das Kloster, bestätigt dessen Besitzungen, dann die Kapellen, die Papst Innocenz II. ihm verliehen hat, die Zehnten, den ganzen Inhalt des päpstlichen Privilegs, wahrt aber die Rechte des Reiches.

1137 (November 6—11), Rivoli Veronese.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Lotarius divina favente clementia tertius Romanorum imperator augustus.

Cum nullus deesse debeat ecclesiis, imperialis munificentia praecipue eas amplecti debet, quae ecclesiasticae disciplinae tenent rigorem. Quocirca omnium fidelium nostrorum noverit industria, qualiter nos instinctu consortis nostrae Richinzae^a monasterium sancti Thomae apostoli de Aquanegra cum omnibus pertinentiis ipsius, mobilibus et immobilibus, quae vel nunc habet vel in futuro habiturum est, in nostrae confirmationis tuitionem suscipimus; atque, privilegii nostri auctoritate omnes res ipsius comprehendendo, confirmamus ei capellas, quas habet ex concessione domini papae Innocentii^b et decimas omnium reddituum et praediorum dominicatorum, quae eidem oblata sunt quolibet modo, idque facimus cum omni iure et potestate ac iurisdictione, quam habuerunt ipsi, qui obtulerunt. Insuper confirmamus ipsi omnia ea, quae in privilegio domini papae

a) *Richinae*. b) *In*.

1) Vgl. darüber Cipolla im Archivio Veneto XX, 345. Die Ortsbestimmung bei St. 3356 und Bernhards Lothar III. S. 783 ist irrig.
2) Bernhards a. a. O. 784 Anm. 3. 3) Seine Urkunde hat aus dem Original, das sich im bischöflichen Archiv zu Mantua befindet, Pflugk-Hartung veröffentlicht. Acta pont. Rom. ined. II, 286.

eidem ecclesiae indulta sunt, salvo in omnibus iure imperiali. Haec itaque inviolabiliter omni tempore conservari volentes praecipiendo statuimus, ut nullus episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nulla denique magna parvave persona huius confirmationis nostrae tenorem infringere audeat nec in praenominatis rebus ipsam ecclesiam disvestire, molestare aut inquietare praesumat. Si quis vero contra hoc, quod non credimus, praesumpserit, centum libras auri, medietatem camerae nostrae et medietatem praefatae componat ecclesiae. Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius custodiatur, praesentem inde cartam sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domini Lotharii tertii Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Ekkehardus^a vice Henrici^b archicancellarii recognovi.

Datum anno incarnationis dominicae 1137, indictione prima, anno vero regni regis Lotharii^c 13, imperii quinto. Actum apud Rivollam in Christi nomine, feliciter, amen.

Friedrich I. wiederholt dem Kloster die Urkunde Lothars III. vom November 1137.

1158 November 26, Roncaglia.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Federicus divina favente clementia Romanorum imperator augustus.

Cum nullus deesse debeat ecclesiis, imperialis munificentia praecipue eas amplecti debet, quae ecclesiasticae disciplinae tenent rigorem. Quocirca omnium fidelium nostrorum noverit industria, qualiter nos divinae mercedis intuitu monasterium sancti Thomae^d apostoli de Aquanigra cum omnibus pertinentiis ipsius, mobilibus et immobilibus, quae vel nunc habet vel in futuro habiturum est, in nostrae confirmationis tuitionem suscipimus^d. Nos itaque privilegii nostri auctoritate omnes res ipsius^e comprehendendo, confirmamus ei capellas, quas habet ex concessione domini papae Innocentii et decimas omnium reddituum et praediorum dominicatorum, quae eidem oblata sunt quolibet modo, idque facimus cum omni iure et potestate ac iurisdictione, quam habuerunt ipsi, qui obtulerunt. Insuper confirmamus ipsi omnia ea, quae in privilegio domini papae eidem ecclesiae indulta sunt, salvo in omnibus iure imperiali. Haec itaque inviolabiliter omni tempore conservari volentes praecipiendo statuimus, ut nullus episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nulla denique magna parvave persona huius confirmationis nostrae tenorem infringere audeat nec in praenominatis rebus ipsam ecclesiam disvestire, molestare aut inquietare praesumat. Si quis vero contra hoc, quod non credimus, praesumpserit^e, centum libras auri componat, medietatem camerae nostrae et medietatem praefatae ecclesiae. Quod ut verius cre-

a) Alchardus. b) Inrici. c) Lotharii. d) Thomae etc. ut in superiore usque ad: tuitionem suscipimus. e) ipsius etc., centum.

datum^a et ab omnibus diligentius custodiatur, praesentem inde cartam sigilli nostri impressione iussimus^a insigniri.

Signum domini Federici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Rainaldus cancellarius vice Federici Coloniensis archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

[Acta sunt haec] anno dominicae incarnationis 1158, indictione 7, regnante Federico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius 7, imperii vero 4. Datum in Runcalia^b 6. kal. Decembris.

S. Leo am Aetna.

Pirro, Sicilia sacra II, 1159 ed. 1733 hat eine Urkunde Heinrichs VI. für das Kloster angeführt. Danach verlieh der Kaiser *pro tarenis* 200, *a Willemo indultis, facultatem instaurandi molendinum de Ruweto in territorio Paternionis, Messanae* 7. Februarii 1196. Um die Notiz über 200 Tarenen zu verstehen, muss man die Angabe von Seite 1157 hinzunehmen: (*Willelmus I. Siciliae rex*) *tarenos ducentos pro vestimentis fratrum quotannis eidem (monasterio) indulsit.*

St. 4904 hat die Urkunde zu 1195 gesetzt, und allerdings befand sich Heinrich am 7. Februar 1195 in Messina: wir können ihn dort vom 30. Januar bis 15. Februar nachweisen. Aber gleichfalls im Februar 1197 hat Heinrich VI. sich in Messina aufgehalten, und wenn man annehmen dürfte, dass die sicilische Kanzlei auch 1197, wie wenigstens einmal 1195¹, nach Oster- oder Marienjahren gerechnet hätte, liesse sich '1196' besser auf Februar 1197, als 1195 beziehen.

Das Original mit genaueren Daten würde Sicherheit geben. Leider sind meine Bemühungen, einen vollständigen Text aufzuspüren, ohne Erfolg geblieben. Dagegen fand ich in dem reichen und wohlgeordneten Urkundenschatze des Museo civico dei Benedittini zu Catania ein Privileg, worin auch erzählt wird, dass Heinrich VI. die genannte, im Gebiete von Paternò belegene Mühle dem Prior und der Kirche geschenkt habe². Dessen Vergabung bestätigte der Aussteller, Bartolomeo von Luce: *postquam de munificentia nostri domini imperatoris et domine serenissime impera-*

a) *credatur etc. insigniri.* b) *Runcalpa.*

1) Orig. im Staatsarchiv zu Palermo: 1100 *nonagesimo quarto, mense Ianuario* 13. *indictionis.* Stumpf Acta 589 n. 420. 2) Schrank 1, Lade 7.

*triciis comitatum Paternionis habuimus*¹. Nun, im December 1200, entschädigt er das Kloster. Weshalb? Das erfahren wir aus einer erweiterten Fassung derselben Urkunde, die auch das städtische Museum aufbewahrt². Hier fügt der Graf hinzu, dass er die Mühle den Mönchen des hl. Leo entrissen und dem von ihm gegründeten Kloster Roccamatore geschenkt habe: *et a domina imperatrice fecimus confirmari*!³

Den übrigen Inhalt konnte ich bei Seite lassen, da er nur lokales Interesse hat. Wohl aber meinte ich, mir noch nachträglich den Wortlaut einer Urkunde Friedrichs II. für S. Leo verschaffen zu sollen. Ich fand sie gleichfalls im städtischen Museum — Schrank 1, Lade 9 —, begnügte mich aber damals mit einem Regest. Auf meine Bitte hat mir dann später der gefällige Director Francesco di Bartolo eine Abschrift besorgt. Die Urkunde gehört ins Jahr 1202, aus dem bisher nur drei andere Actenstücke der Kanzlei Friedrichs bekannt waren. Auch dieser Umstand mag den Druck rechtfertigen.

Friedrich II. bestätigt in Anbetracht der Treue und der Dienste des Priors Peter der Kirche alles, was sie zu Zeiten Wilhelms I. und II., Heinrichs VI. und Constanzens besass.

1202 Februar, Palermo.

Fredericus divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue.

Decet regie maiestatis munificentia^a, ecclesias et loca venerabilia salubriter gubernare et eorum utilitatibus misericorditer providere. Inde est, quod nos attendentes fidelitatem et servitium, quod frater Petrus, prior sancti Leonis in Monte Gibello⁴, exhibuit celsitudini nostre, considerantes etiam honestatem ipsi^a ecclesie, de solita gratia et liberalitate nostra confirmamus ipsi ecclesie sancti Leonis in perpetuum molendina, domos, terras, vineas, virgulta, possessiones et

a) Sic.

1) So urkundet er auch selbst: *Ego Bartholomaeus de Lucis dei et imperialis gratia comes Paternionis*. Heinrich VI. nennt ihn: *B. de Lucis, com. Paternionis, magistrum iustitiarium totius Calabriae*. Pirro II, 1280, 81.
2) Schrank 1, Lade 8. 3) *Item molendinum de Rubito* schenkte der Graf im October 1197 dem Kloster Roccamatore. Pirro 1282. Von der Bestätigung durch Constanze habe ich keine Spur gefunden. 4) Das Volk nennt den Aetna heute noch *Mongibello* = ital. Monte und arab. *Djebel*.

omnia tenimenta, que ecclesia ipsa sancti Leonis tempore regis Guillelmi primi et secundi et tempore domini imperatoris et domine imperatricis, parentum nostrorum felicitis memorie, tenuit et possedit. Ad huius autem confirmationis memoriam presens privilegium scribi et maiestatis nostre sigillo precepimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Data in urbe felici Panormi anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo secundo, mense Februarii quinte indictionis, regni vero domini nostri Friderici magnifici regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno quarto, feliciter, amen.

Domcapitel und S. Fiore zu Arezzo.

Die folgenden Urkunden zeugen für ein nahes Verhältnis des Reichskanzlers Christian zu Gewalten Arezzos. Es möchte wohl sein, dass er für einen Zug in das Gebiet von Rom und in die Campagna, den er zur Bekämpfung Alexanders III. anfangs 1165 vorbereitete, in Arezzo und Umgebung eine besondere Unterstützung suchte und fand. Mit dem Bischofe von Arezzo unterhielt er offenbar gute Beziehungen: er gedenkt seiner in Hochachtung und Zuneigung; er giebt ihm einen Titel, durch den meines Wissens bis dahin kein italienischer Bischof ausgezeichnet worden war¹: erst in einer etwas späteren Zeit lässt sich auch der Bischof von Volterra als 'Fürst' nachweisen²; von Aebten des Aretiner Gebietes befand sich der von Capolona an Christians Seite, als er im Juni 1165 Anagni belagerte³; im Februar empfing der von S. Fiore ein Privileg; ein anderes trug der Dompropst davon; dass dieser mit den Söhnen Rainers sich verständigt hatte, gereichte dem Kanzler zur grössten Freude⁴: es waren die Herren von Montauto, die wahrscheinlich doch, wie ein Ritter aus benachbarter Gegend, Rainer Berlinghieri, es gethan hat⁵, an Christians Expedition theilnehmen sollten⁶.

1) In der ersten Urkunde vom 22. Februar 1165: *a serenissimo imperatore nostro vocati et ab eius principe Aretino episcopo sepe commoniti*; dann: *precipimus venerabili Aretino episcopo*; in der zweiten: *Dilectis suis Aretino episcopo* etc. 2) Ficker, Vom Reichsfürstenstande I, 318. 3) S. die Urkunde unter 'Borgo San Sepolcro'. 4) *Letantes igitur et plurimum congaudentes de concordia et conventionem facta inter dilectum nostrum Aretinum prepositum et filios Ranerii* etc. Varrentrapp, Erzb. Christian I. von Mainz 127 n. 40. Meine Berichtigungen entsprechen dem Original, von dem Ficker eine Abschrift genommen hat. 5) R. Davidsohn, Gesch. v. Florenz I, 494, Anm. 3. 6) Montauto de'

Der Urkunde für den Abt, die am 14. Februar 1165 ausgestellt wurde, gedachte R. Davidsohn¹, doch nur nach jüngerer Ueberlieferung; auf das Original im erzbischöflichen Archiv zu Pisa bin ich durch P. Kehr aufmerksam geworden²; eine Abschrift liess mir der Erzbischof selbst anfertigen. Christian nennt sich nur Kanzler, gerade so wie in der vorausgehenden Urkunde, die er am 30. August 1164 dem Kloster S. Maria della Colomba ertheilte³. Offenbar aber handelte er in beiden Fällen als Legat. So nennt er sich denn auch am 22. Februar, d. h. in der zweiten meiner Urkunden, in der für den Dompropst. Auch sie hat schon Davidsohn benutzt, aber ohne nähere Nachweisungen⁴. Aus dem Original im Capitelarchiv stammt die Abschrift Fickers, die meinem Drucke zu Grunde liegt. Dasselbe gilt von der dritten, die eine Ergänzung zur zweiten ist.

Reichskanzler Christian ermächtigt den Abt Amadeo, den er mit seiner Mönchschaft als treu erprobt hat, in Galignano eine Burg und am Arno irgendwelche Bauten aufzuführen; verbietet Consuln und Volk von Arezzo, sowie allen Capitane und Vassoren der Grafschaft Arezzo, namentlich denen von Talla(?), darin oder in anderem Besitz den Abt zu belästigen.

1165 Februar 14, Arezzo.

Cristianus dei gratia imperialis aulę cancellarius.

Imperialis equitas iustitię in usum et consuetudinem duxit, ecclesias dei, quę in sua dominatione consistunt, benignissime protegere, in sinu suę potestatis confovere ac promovere, pręsertim illas, quę circa thronum suę maiestatis fideles extiterunt et pro incolumitate imperii et statu regni

Barbolani oder auch di Galbino liegt nördlich von Anghiari. Die Ortsbestimmung bei St. 4815. 5037 ist irrig. 1) Davidsohn a. a. O. 492 Anm. 1. 2) Nachrichten der k. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen 1897, S. 178 Anm. 1. 3) Ficker, Forschungen zur Reichs- und Rechtsgesch. Italiens IV, 179. Ebenso in der dritten der hier folgenden Urkunden. 4) A. a. O. 495. Doch theile ich die Meinung nicht, die Davidsohn aus unserer Urkunde zu folgern scheint: 'Der mächtige Orden von Kamaldoli weigerte dem Kanzler den Gehorsam'. Es handelt sich hier meines Erachtens nur um das Mutterkloster; der Orden war ebenso gespalten, wie Davidsohn es a. a. O. von den Vallombrosanern zeigt. Daher sagt Christian am 24. Februar mit gutem Bedacht: *fratres de Camaldula, qui in servitio ecclesiae dei et imperii perseverare voluerint* etc. Varrentrapp a. a. O. 128 n. 41.

devotissime omni tempore laborarunt. Nos vero eius præclara vestigia, in quantum possumus, imitari volentes, cognita fide et puritate, qua^a monasterium sanctę Florę et Amideus eius venerabilis abbas apud imperium fideliter semper habuerit^a, notum facimus universis imperii fidelibus, per Tusciam constitutis, presentibus et futuris, quod nos^b auctoritate imperiali et nostra damus et concedimus plenam potestatem abbati sanctę Florę edificandi et construendi castrum in Galognano ad honorem dei et imperii et ecclesię sanctę Florę et quęcumque hedificia vult in flumine Arni. Quocirca Aretinis consulibus et toti populo per debitum iuramenti, quod domino imperatori fecerunt, et sub pęna centum librarum districte precipimus, pariter et Talsanensibus et universis capitaneis et valvasoribus per Aretinum comitatum constitutis, ut iamdicto abbati in prædicto castro de Galognano et in cęteris bonis et possessionibus suis et in construendis hedificiis in Arno nullam molestiam, nullam iniuriam nullumque impedimentum de cętero inferant vel inferri sinant. Si quis vero contra hoc nostrum mandatum facere presumpserit, reus erit imperatorię maiestatis et sub banno domini imperatoris positus pęnam centum librarum incurrat, dimidiam partem persolvendam fisco imperiali, dimidiam prædicto abbati.

Datum apud Arettium^a anno millesimo 165, indictione 13, 16. kal. Martii, regnante domino F. Romanorum imperatore serenissimo, regni eius^c 12¹, imperii vero eius 10.

Reichskanzler und Legat Christian bekundet die Erstattung genannter Güter, die auf richterlichen Spruch erfolgt ist, als sein hochbelobter Propst Adenulf zu Borgo San Genesio über deren Entziehung vor ihm geklagt hat; erlässt einen Befehl, welcher dem der folgenden Urkunde ähnlich, nur weniger ausführlich ist.

1165 Februar 22, Arezzo.

Cristianus dei gratia imperialis aule cancellarius atque legatus.

Imperialis equitas iustitie ad hoc nobis in Italia vicem

a) Sic. b) *quod nos* unleserlich. c) Ohne anno.

1) Am 9. März 1165 ging schon das 13. Königsjahr zu Ende; aber das 12. entspricht der in der kaiserlichen Kanzlei üblichen Rechnung. Vgl. die folgende Urkunde, wie auch die beiden, die ich unter 'Borgo San Sepolcro' veröffentliche.

suam regendam et ordinandam commisit, ut ecclesias dei et earum iura tanto propensiori studio muniremus et in aliquo lesa restituere et reformare certe curemus^a, quanto per earum merita in eterna vita maiorem gloriam nobis provenire speramus et credimus. Nos ergo misericordie operibus et iustitie inherentes, notum facimus omnibus imperii fidelibus presentibus et futuris, quod dilectus noster Attinulfus venerabilis prepositus Aretine ecclesie, aput sanctum Genesium¹ ad nos veniens, plurimas nobis querelas deposuit, quas intuitu retributionis eterne et eius preclaris servitiis, fide et puritate, quam circa thronum imperatorie maiestatis fideliter habuit, intercedentibus et ex sententia iudicum curie nostre terminandas esse dignum et equum duximus. Ex sententia igitur iudicum curie nostre pro contumacia Camaldulensium, qui tertio a serenissimo imperatore nostro vocati et ab eius principe Aretino episcopo sepe commoniti qui^a ad iustitiam faciendam de Moiona venire contempserunt, auctoritate imperiali et nostra posuimus dilectum nostrum Aretinum prepositum in possessionem de Moiona, ut ipse habeat et de cetero suo iure possideat. Pro contumacia vero Ugonis de Ugitto, qui tertio a nobis vocatus pro turri de Subiano iudicio nostro stare contempsit, posuimus iamdictum prepositum in possessionem de turri de Subiano, quam violenter occupaverat. Quia vero filii Alberti de Capannolo contumaces permanserunt, nam vocati nostro iudicio stare contempserunt de turri de Vincione, castro et curte, posuimus prefatum prepositum in possessionem de turri de Vincione, castro et curte. Pro contumacia vero Walfreducci Saxoli, qui vocatus ad iustitiam faciendam de Durnula nostro iudicio stare contempsit, posuimus suprascriptum prepositum in possessionem de Durnula. Rogerius quoque de Manisco quia contumax extitit et vocatus nostro iudicio stare de campo quodam posito in Piunta contempsit, posuimus suprascriptum prepositum in possessionem de campo illo posito in Piunta. Ut^b iamdictus prepositus cum fratribus suis vice sue ecclesie auctoritate imperiali et nostra habeat et de cetero suo et ecclesie iure possideat omnia ea, de quibus ei possessionem dedimus et restitutionem fecimus, sicut in

a) Sic. b) Man erwartet: *Mandamus igitur, ut.*

1) Einen zweiten Tag hielt Christian 1165 an demselben Orte, als Erwählter von Mainz und Erzkanzler, d. h. nicht vor October. Ficker. Forschgen. zur Reichs- und Rechtsgesch. Italiens IV, 182.

hac pagina continetur. Si quis vero contra iustitiam dilectum nostrum Aretinum prepositum aut ecclesiam, cui modo deservit, in illis possessionibus, in quibus ei, ecclesie et fratribus suis restitutionem fecimus, de cetero molestare vel inquietare presumpserit, reus imperatorie maiestatis erit et in banno domni imperatoris positus centum libras auri purissimi pro pena componet, dimidium camere imperiali, dimidium vero predicto preposito atque ecclesie. Hanc autem restitutionem fecimus omni legitimo auxilio absentibus reservato et impensis ab eis omnibus prius integre restitutis. Ut autem dei virtute et imperiali auctoritate Aretine ecclesie et personis ad divinum cultum ibidem morantibus firma et inviolabiliter conservata permaneant^a et pravorum hominum rabies compescatur et raptoribus occasio mala faciendi et aliena rapiendi certa lege tollatur, precipimus venerabili Aretino episcopo, dilectis abbatibus sancte Flore et Campileonis, Aretinis consulibus, omnibus enumeratis, tam presentibus quam futuris, omnibus capitaneis, valvassoribus per civitatem Aretinam et comitatum Aretinum et episcopatum eiusdem constitutis per debitum fidelitatis, quam domno imperatori fecerunt, sub optentu imperialis gratie et sub pena centum librarum puri argenti, ut eas possessiones, quas Aretine ecclesie restituimus, ab omni persona et hominibus, ecclesiam Aretinam vel eius prepositum contra iustitiam molestare vel inquietare presumptibus, bona fide retinere adiuvent.

Datum apud Aritium 8. kal. Martii in domo Ugonis medici anno 1165, indictione 13, regnante domno Frederico Romanorum imperatore serenissimo, anno regni eius 12¹, imperii vero 10, feliciter, amen.

Reichskanzler Christian schreibt Genannten, dass ihm der Kaiser die Kirche von Arezzo, als seine und der Kaiserin besondere Kammer, auch besonders empfohlen habe; gebietet ihnen daher, das Domcapitel in der Behauptung der ihm erstatteten Güter nachdrücklichst zu unterstützen.

(1165 Februar 22, Arezzo.)

Crisianus^b dei gratia imperialis aule cancellarius dilectis suis Aretino episcopo, abbati sancte Flore, abbati Campileonis, consulibus Aretinis presentibus et futuris et

a) Scilicet *omnia ea* etc. b) Sic.

1) Vgl. S. 132 Anm. 1.

omnibus capitaneis et valvassoribus per episcopatum Aretinum constitutis salutem et dilectionem.

Ad hoc imperiali auctoritate fungimur et eius legationem in Italia gerimus, ut ecclesiarum iura tueamur^a, illarum presertim, que ad eius cameram spetialiter pertinent et quas principaliter honorare et promovere intendit. Quia vero ab imperiali clementia spetialius nobis est iniunctum, ut ecclesiam Aretinam, que spetialis camera est domni imperatoris et imperatricis et eorum sedes, ab obpressionibus suis studiosius liberemus eique sua iura restituamus et per nos et per fideles imperii conservemus, mandamus omnibus vobis, monentes, intime rogantes et per debitum fidelitatis, quam domno imperatori iurastis, districte precipientes, quatinus omnes possessiones, quas eidem ecclesie ex imperiali auctoritate restituimus legaliter, videlicet Subianum, Moionam, Wiccionam, Dorisolam et campum de Pionta, dilectum nostrum prepositum et fratres suos defendere, conservare et manutenere ita fideliter adiuvetis, quod nullorum hominum malignitas in his facultatem habeat nocendi vel impediendi, quod a nobis iuste factum est. Si qui vero in his iam dictum prepositum et fratres suos molestare vel perturbare aut iniuste fatigare presumpserint, sub banno domni imperatoris se positos fore cognoverint et pro pena 100 marcas puri argenti persolvant.

Bisthum Aversa.

G. Parente, *Origini e vicende ecclesiastiche della città di Aversa* I, 269—271 veröffentlicht ein älteres Register von Urkunden für die Bischöfe. Aus der staufischen Periode findet sich darin: je eine des Grafen Dipold von Acerra 1197, der Kaiserin Constanze 1198, des Legaten Liutpold von Worms 1215, Friedrichs II. 1221, Manfreds 1259. Bei Erwähnung der Urkunden Dipolds und Liutpolds bemerkt der Verfasser des Registers, dass sie in einer Bestätigung Ludwigs III. von 1421 enthalten seien; die übrigen kannte er also aus anderer Quelle, wahrscheinlich aus den Originalen.

Das Diplom Friedrichs II. hat Winkelmann, *Acta imp.* I, 189 veröffentlicht, das Liutpolds von Worms Minieri-Riccio, *Saggio di cod. dipl. Suppl.* I, 22; die der Constanze, Dipolds von Acerra und König Manfreds hoffte ich nun in Aversa aufzufinden. Aber bei dem Mangel an rechter Uebersichtlichkeit, der im bischöflichen Archive

a) *tueamur* unleserlich.

herrschte, war alles Suchen vergebens; nicht einmal das Original Friedrichs II., das erwiesener Maassen doch in unseren Zeiten noch vorhanden war, kam wieder zu Tage. Glücklicher Weise bietet sich anderweitig wenigstens eine Art von Ersatz.

Für die Verleihung der Constanze giebt der Registrator selbst das Jahr 1198, und noch genauer, als er, hat Friedrich II. den Inhalt beschrieben.

Ueber die Urkunden Dipolds und Manfreds hat Ludwig III. 1421 ausführlich berichtet. Seiner Bestätigung habe ich freilich in Aversa auch umsonst nachgeforscht; aber Bd. 1059 der Processi di regio padronato im Staatsarchiv zu Neapel, nämlich Process n. 188 S. 19 ff.¹, enthält eine Abschrift des ganzen, sehr umfangreichen Textes. Danach würde ich die Auszüge aus dem Privileg Dipolds, die wir dem Schreiber Ludwigs III. verdanken, etwa so wiedergeben:

1198 Februar, Salerno im Palaste Terracena. Dipold von Gottes und des Kaisers Gnaden Graf von Acerra schenkt dem Bisthum in Anbetracht (der Treue) des Bischofs Gentilis, auf Bitten Genannter *insulam suam, quam ad lacum Lacrinum habebat, que vulgo dicitur Atticella*, und verzichtet für sich und seine Erben auf alle Rechte daran. — Mit 1197, ind. 1, ao. 1 Fred. Rom. et Sic. reg. — S. 23.

Was Ludwig aus Manfreds Urkunde mittheilt, lässt sich in folgendes Regest fassen:

1259 März, Melfi. Manfred bestätigt die Privilegien Friedrichs und Constanzens: gewährt Schutz, Freiheit von Abgaben, *decimam baiulationis, tinctam sive iura tincture eiusdem civitatis cum domo in suburbio s. Marie et casale Triani*. — *per manus Gualterii de Odra regnorum Ierusalem et Sicilie can.* — Mit 1258, ind. 2. — S. 25.²

Edele von Baux.

Unsere Kenntnisse von Urkunden, die staufische Herrscher dem Geschlechte ertheilten, haben wesentliche Bereicherungen erfahren. Früher nur in Auszügen oder gar nicht bekannt, liegen jetzt vollständige Texte folgender Privilegien vor: Konrads III. vom 10. August 1145,

1) Darauf hat E. Winkelmann im N. A. III, 650. 651 aufmerksam gemacht, vgl. auch B. F. W. 12145, aber die Bestätigung rührt nicht von König 'Ladislaus'. Genauer theilt Winkelmann über Dipolds Siegel mit. Dagegen sagt er von der Urkunde Manfreds nur: '1259, März, für das Bisthum Aversa'. B. F. 4691. 2) Ludwig III. excerpierte überdies noch zwei ungedruckte Urkunden Innocenz' II. vom 3. August 1142 und

Friedrichs I. vom 31. Juli und 5. August 1178¹, Friedrichs II. vom 8. Januar 1215² und 2. Juni 1228³. Aber für vier andere entbehren wir noch den unverkürzten Wortlaut. Leider haben meine Bemühungen, die Lücken auszufüllen, nur zur Hälfte Erfolg gehabt.

Ein Herr G. Millet zu Orange verheimlicht die Urkunde, die Friedrich I. im Jahre 1160 — man weiss nicht: wann und wo, — den Brüdern von Baux ausstellen liess. Wie ein Regest zeigt⁴, folgte der Kaiser wesentlich dem Beispiele Konrads III. Noch ein zweites Privileg Friedrichs I. förderte die Interessen der Baux; es war am 9. October 1184. Aus einem Codex des 13. Jh., der sich im Departementalarchiv zu Marseille befindet⁵, sandte dessen Vorstand L. Blancard an Collegen Sternfeld eine Abschrift; danach ist mein Druck besorgt. Diese Urkunde hat dann Friedrich II. am 8. Januar 1215 wiederholt⁶. Das behaupte ich freilich nur auf Grund eines Auszuges, denn den vollständigen Wortlaut — auch ihn verbirgt Herr Millet neugierigen Augen. Um so leichter zu erreichen war die vierte Urkunde, die Friedrich II. am 15. Mai 1228 gab; in einer Abschrift des 13. Jh. bewahrt sie das Municipalarchiv von Marseille⁷; daher entnahm einer meiner Zuhörer, F. Kiener, den an zweiter Stelle folgenden Text.

Friedrich I. ermächtigt die genannten Brüder von Baux wegen der treuen Dienste ihres Vaters und ihrer Oheime, in Orange zu münzen; bestätigt ihnen das Banneramt in angegebenen Grenzen, dann die Schenkung des Giraud-Adhemar; gewährt den Bewohnern ihres Ortes Villeneuve die herkömmliche Immunität, doch unter Wahrung der Reichsrechte; befreit ihre

Alexanders III. vom 11. März 1169. Jene ist gegeben: *per manus Gerardi s. R. e. presb. card. ac bibliotecarii*, 3. non. Aug., ind. 5., ao. 1142, ao. pont. 13, ohne Ort; diese: *Beneventi per manus Gratiani s. R. e. subdiac. et notarii*, 5. id. Martii, ind. 2, ao. 1168, ao. pont. 10. 1) Stumpf, Acta ined. 471. 731. 732 n. 332. 525. 526. 2) Winkelmann, Acta ined. I, 105. 3) Sternfeld, Karl von Anjou als Graf der Provence 262. 4) Barthélemy, Inventaire des chartes de la maison de Baux 14 n. 57. 5) B. 1069 fol. 229. Cf. Barthélemy l. c. 22 n. 84. 6) Barthélemy l. c. 43 n. 160. Die Daten sind dieselben, wie in dem Diplom meiner 2. Anm., aber der Inhalt ist verschieden. Winkelmanns Anfrage, ob St. 3963 als Vorurkunde gedient habe, ist durchaus zu verneinen: St. 3963 richtet sich gegen einen Vertreter des Geschlechts. B. F. W. 14653. Auch die Urkunden Konrads III. von 1145 und Friedrichs I. von 1160 sind nicht benutzt, denn in ihnen ist noch keine Rede vom Banneramt, das Friedrich I. 1184 allerdings auf eine Verleihung Konrads III. zurückführt. 7) CC 12. Cf. Barthélemy l. c. 62 n. 224.

Leute von allen neuen Zöllen; sichert ihnen zu, dass sie ihre Reichslehen ohne Mittelsperson besitzen sollen.

1184 October 9, Pavia.

In nomine sancte et individue trinitatis. Fredericus divina favente clementia [Romanorum] imperator augustus.

Familiare habet et gloriosum putat benignitas imperialis, ut de se benemeritorum utilitati simul et honori prospiciat ipsosque dignis liberalitatis beneficiis in obsequiorum et fidei perseverancia teneat obligatos, alios^a etiam exemplo ad obsequendum invitet^b. Nichil enim, quod corda fidelium tanto sibi favore astringat, quam prone liberalitatis animus concedens rationabiliter postulata. Nos igitur memores servitorum, que fidelis noster Bertrandus de Baucio et fratres sui nobis et imperio studiosa devotione exhibuerunt, filiis dicti Bertrandi, Guillelmo, Bertrando et Hugoni liberaliter concessimus, ut in civitate Aurasica monetam cudi faciant et omnem exinde proventum ipsi percipiant. Item vexilliferatum ab Alpibus usque ad Rodanum et ab Ysera usque ad mare, ab antecessore nostro commendande memorie rege Corrado avo ipsorum collatum¹, predictis fratribus concedimus et confirmamus, ita sane, ut hec nostra concessio preiudicium non pariat ei, si quis forte in ipso beneficio ius habuerit. Item ratam habemus et haberi volumus donationem, quam Geraldus Ademari de terra sua ipsis fratribus fecit. Villam quoque Novam ad preces eorum donamus ea immunitate, quam habere consuevit, scilicet ut habitantes in ea vel habitaturi physcum dare non cogantur aut pulmentationem, salvo tamen iure imperiali. Indulximus eis nichilominus, ut ab hominibus terre sue nova pedagia nec in terra nec in aqua exigantur, sed ea dumtaxat pedagia persolvant, que ex antiquo sunt vel imperiali auctoritate concessa. Ad hec ipsos ad^c hoc privilegiatos esse decernimus, ut beneficia, que ab imperio tenent, a nobis et successoribus nostris ipsi et eorum successores nulla mediante persona iure perpetuo debeant obtinere. Sancimus itaque et imperiali auctoritate precipimus, quatenus hec nostre concessionis beneficia nemo temere audeat corrumpere vel quolibet fraudis ingenio devocare in irritum. Quod si quis ausu temeritatis attemptaverit, quinquaginta libras auri pro pena componat, dimidium physco imperiali, dimidium iniuriam passis. Ut autem

a) *aliis.* b) *immutet.* c) *ut.*

1) Davon ist in Konrads Urkunde bei Stumpf, Acta 471 n. 382 nicht die Rede.

nostre auctoritatis indultum sua firmitate solidetur, presens inde privilegium conscribi iussimus et impressione sigilli nostri communiri.

Huius rei testes sunt Eberhardus^a Merseburgensis episcopus, Henricus Verdunensis episcopus, Lanfrancus Papiensis episcopus, Sifridus Hersveldensis abbas, Gregorius abbas Prumensis^b, Rodulphus prepositus et imperialis aule prothonotarius, Lodovicus lantgravius^c Thuringie, Gerhardus^d comes de Lon, Symon comes de Spanheim, Corradus burgravius de Norimberch^e, Henricus burgravius Ratisponensis, Henricus marescalcus de Lutra^f, Conradus pincerna, Radulfus camerarius, Warnerus de Bonlant et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1184, indictione 3, regnante domino Frederico imperatore gloriosissimo, anno regni eius 33, imperii vero 31. Datum Papie, 7. idus Octobris.

Friedrich II. schreibt an Bertrand Porcellet und dessen Neffen, dass er auf Klage des Hugo von Baux und seiner Frau Barrale, denen Marseille Rechte und Besitzungen in Stadt und Vicomtat vorenthalte, den Dragonet von Mont-Dragon und den Blacas (von Beaudinard?) beauftragt habe, sie sollten der Gemeinde befehlen, innerhalb eines Monats dem Hugo und der Barrale alles Ihrige herauszugeben, so wie Barrales Vater es besessen; theilt ihnen mit, dass er die Marseiller im Falle der Weigerung bannen würde, und verpflichtet sie, dem Hugo und der Barrale, sobald Dragonet und Blacas sie von der Verhängung des Bannes benachrichtigt hätten, die verlangte Hülfe zu leisten¹.

1228 Mai 15, Barletta.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex Bertrando Porcelleto et Bertrando Porcelleto nepoti eius gratiam suam et bonam voluntatem.

Notum facimus fidelitati vestre, quod cum vir nobilis Hugo de Baucio fidelis noster ad nostre maiestatis presentiam accessisset, conquerendo tam pro se quam pro parte

a) *Ebyardus*. b) *Parmensis*. c) *londegavus*. d) *Guichardus*.
e) *Quomrimech*. f) *Luca*.

1) Die Porcellets besaßen einen Theil der Stadt Arles; Dragonet war mehrmals Podestà von Arles, wahrscheinlich auch zur Zeit.

Barrale uxoris sue de universitate Massilie, proposuit coram nobis, quod universitas Massilie iura, que habent et habere debent in civitate Massilie, in castris, villis et aliis locis vicecomitatus Massiliensis et possessionem dicte civitatis Massiliensis, castrorum, villarum et aliorum locorum, que sunt in vicecomitatu ip[sius^a] et reddituum, quos inde perceperunt, reddere contradicunt, detinendo ea in eorum preiudicium manifestum. Nos igitur predicto Hugoni et Barrale uxori sue fidelibus nostris non debentes deesse in eorum iustitia nec volentes, Draconeto Montis Draconi et Blancatio fidelibus nostris dedimus per nostras litteras in mandatis, quatenus dicte universitati Massilie ex parte [nostra^b] iniunge[rent^c] firmiter et mandarent, monentes eos et propensius inducentes, ut infra mensem post amonitionem eorum, coram [idone]is personis Massiliensibus factam, omni occasione remota et appellationis ac recusationis remedio penitus excluso, [dicta univer]sitas Hugoni de Baucio et Barrale uxori eius plene restituant omnia iura sua, que habent vel habere debent [in dicta universi]tate Massilie, castris, villis et aliis locis vicecomitatus Massilie cum redditibus et proventibus inde perce[ptis, vicecomitatu]m civitatis Massilie cum plena iurisdictione et possessionem castrorum, villarum et aliorum locorum, sicut Barralus pater [dicte] Barrale supradicta olim tenuisse et habuisse dinoscitur tempore vite sue. Quod si mandatum nostrum iuxta prefatam amonitionem infra predictum tempus Massilienses non adimpleverint, preter iram et indignationem nostram bannum nostre celsitudinis eos noveritis incurrisse et vos eos habeatis postmodum pro bannitis¹. Mandamus igitur fidelitati vestre et districte precipimus, quatenus, postquam per supradictos fideles nostros vobis constiterit, Massilienses bannum nostrum ut predictum est incurrisse, vos abinde contra eosdem Massilienses dictum Hugonem et Barralam uxorem eius ac filios eorundem in quibuscumque poteritis studeatis, sicut postulaverint, adiuvere, mandatum nostrum taliter exequendo, ut fidem et devotionem [vestr]am possimus exinde mer[it]o commendare.

Datum Baroli 15. madii prime indictionis.

a) *sius* verblasst. b) *nostra* fehlt. c) Hier und fernerhin sind die eingeklammerten Buchstaben nicht mehr lesbar.

1) Nach B. F. 1752 war Marseille im April 1229 gebannt. Offenbar galt nicht mehr jener Bann, der 1225 über Marseille verhängt war. Danach ist Sternfeld, Das Verhältniß des Arelats 59 zu berichtigen.

Hospiz auf dem grossen Sanct-Bernhard.

Bethmann hat in seiner Beschreibung des Turiner Staatsarchivs¹ auch eines Packetchens von Urkunden für das berühmte Hospiz gedacht. 'Alles Copien', sagt er, '1176, 1187, 1191 April 3, 1191 April 26, 1193'. Die Angaben lassen zu wünschen übrig. Um mit dem Unwesentlicheren zu beginnen, so ist 1191 April 16 zu lesen, wie bei St. 4693^a. Ferner ist es irrig, dass in dem Convolut — Prévoté du Grand S. Bernard. Paquet I. n. 5 — eine Urkunde vom 3. April '1191' sich finde. Das von Bethmann gemeinte Stück rührt offenbar nicht von Heinrich VI., sondern VII.; es ist nur mit Ort, Monat und Tag versehen: *Mediolani tertio aprilis*, und gehört zu 1311². Dann haben wir die Urkunde von 1193 anderweitig in einer besseren Fassung, wonach sie am 13. Mai ausgestellt wurde, St. 4812^a. Viel mehr zu schätzen, als die bisher bekannte Ueberlieferung, ist dagegen der hier gebotene Text von 1176. Wie die Urkunde in Mon. patr. Taur. Chart. II, 1052 vorliegt³, konnte St. 4182 sie zwischen Juli und November 1176 einreihen. In der Turiner Abschrift heisst es nun *apud Taurinum 1176 indictione nona, nonis Ianuarii*, also: Turin 1176 Januar 5. Das ist zugleich der erste urkundliche Nachweis für einen Aufenthalt Friedrichs I. in der ersten Hälfte des Jahres 1176. Nicht minderen Werth hat der Text von 1187; wir finden in ihm eine bekannte Urkunde Heinrichs VI. wieder. Nach dem Drucke der Mon. patr. Taur. Chart. II, 1073⁴ lauteten ihre Daten: *Mediolani ao. dom. incar. 1180, ind. 13., 4. cal. April*. Dass nun Heinrich VI., 1184 erst zu mannbaren Jahren gelangt, nicht schon April 1180 selbständig in Mailand geurkundet habe, leuchtete Allen ein, etwa bis auf den Herausgeber, und doch vornehmlich wegen des Jahres hat St. 4574 über die Urkunde den Stab gebrochen. Wie eine günstigere Wendung, wenngleich noch längst nicht wie eine Rettung, erschien später die Mittheilung Gremauds⁵, dass eine Abschrift im Archiv des Hospitals selbst die Datierung trage: *Mediolani 1187, indictione 3, kal. April*. Aber Indiction und Jahr widersprachen einander, und so

1) Arch. f. ältere deutsche Geschichtsk. XII, 598. 2) Es ist meines Wissens ungedruckt, es sollte unter Gremauds Docum. rel. à l'hist. du Vallais nicht fehlen. 3) Ebenso in den angeführten Docum. du Vallais, Mém. et docum., publiés par la société d'hist. de la Suisse Romande XXIX, 101, wie auch bei Luquet, Études hist. sur l'établissement hospitalier du Grand Saint Bernard 72 Anm. 1. 4) = Mém. et docum. l. c. 111, Luquet l. c. 73 Anm. 1. 5) Mém. et docum. l. c. 112 Anm.

meinte Gremaud, die neue Lesart nicht bevorzugen zu dürfen. Alle Zweifel hebt die Turiner Ueberlieferung. Ihre Datierung lautet: *Mediolani ao. dom. incar. centesimo octuagesimo septimo, indictione quinta, tertio calend. Aprilis*. 'Mailand 1187 März 30' passt aber auch recht gut ins Itinerar Heinrichs: er war am 24. März in Lodi, nun am 30. in Mailand, er ging nach Asti¹, und befand sich am 6. April in Casale. Wir erhalten damit die erste Kunde, dass Heinrich im März 1187 Mailand besuchte. Nehmen wir hinzu, dass er im November, wie ich an einem anderen Orte zeigte², nochmals dahin zurückkehrte, so erscheint die Correctur nicht ganz gleichgültig, abgesehen von der Bedeutung, die sie als Kriterium für die Echtheit der verdächtigten Urkunde hat³.

S. Paul zu Bisanz.

Der Rechtsstreit, den im Jahre 1175 die Canoniker mit dem Propste von Dôle führten, ist nicht ganz unbekannt gewesen⁴. Aber ein vollständiger Druck der über ihn handelnden Urkunde wurde meines Wissens bisher entbehrt. Das war besonders auch wegen der verurtheilenden Person zu bedauern, denn ein burgundischer Reichslegat, Burchard von Asuel, der nicht eben zahlreiche Spuren seiner officiellen Thätigkeit hinterlassen hat, fällte die Entscheidung.

Eine Beglaubigung von 1381, deren Text leider zu wünschen übrig lässt, fand Bresslau im Departementalarchiv zu Bisanz. Nach seiner Abschrift habe ich die folgende Ausgabe veranstaltet.

Burchard von Asuel, kaiserlicher Legat in Burgund, erklärt auf Grund eines Eides, den Clienten von Dôle zu Gunsten der Kläger, der Canoniker von S. Paul in Bisanz, gegen den Propst von Dôle ge-

1) Dass er dort schon im März gewesen sei, ist eine willkürliche Deutung der betreffenden Quellenangabe. Gioffredo della Chiesa Mon. patr. Taur. SS. III, 880 sagt nur, freilich ganz verkehrt, dass Heinrich im März 1187 nach Italien gekommen sei. 2) Zur Gesch. des 12. und 13. Jh. 216. 221. 3) Was sonst noch vorgebracht ist, um die Fälschung zu erweisen, scheint mir der rechten Bedeutung zu entbehren. So behauptet Toeche, Heinrich VI. 690 Anm. 3, dass *imperium nostrum* von Heinrich als König nie gesagt worden sei. Dagegen genügt der Verweis auf Stumpf, Acta 559: *Henricus etc. rex semp. aug. Cum omnibus imperii nostri fidelibus etc.* 4) E. Clerc, Essai sur la Franche-Comté I, 368. D(uvernoy), Mouvence de Bourgogne 41. Trouillat, Mon. de Bâle I, 295.

leistet haben, dass dessen Ansprüche an das Haus zu Étrépigny unberechtigt seien.

1175.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Bocardus de Assuello, imperialis aule legatus in Burgundia, presentibus et futuris rei geste noticiam.

Opus pietatis est, ecclesiarum possessiones intemeratas custodire et ad earum utilitatem, que^a solvat, veritatem non occultare. Noverit igitur fidelium universitas, quod canonici Bisontine ecclesie sancti Pauli querimoniam^b de preposito de Dola in conspectu nostro fecerunt, eo quod annualem receptionem in domo de Stirpiniaco contra rationem caperet ac usagium in omnibus nemoribus de Calce, Aliis et Finagio¹ usurparet. Unde factum est, quod eosdem canonicos et prepositum ad instanciam convocavimus, et auditis utriusque partis allegacionibus placuit utrisque, ut clientes de Dola super hec veritatem suam iureiurando profiterentur. Et quia hoc satis rationabile videbatur, senioribus quibusdam clientibus per fidelitatem domini imperatoris precepimus, ut inde veritatem suam [iureiurando profiterentur^c]. Nunc igitur in curia^d Hugo de Hospitali, qui tunc erat prepositus, Stephanus de Dompna Petra, Paganus de Lavans, Willelmus de Dola et alii clientes, qui sub eadem fidelitate imperatoris asseruerunt et iuraverunt^e, eciam voluerunt, quod ex iure receptionem illam dicta domus non deberet, sed erat libera totaliter, et usagium in omnibus nemoribus de Calce, Aliis et Finagio pure et libere haberet^e. Ex parte igitur imperatoris precepimus, preceptam calumpniam ex toto sepeliri et nulla gravamina ecclesie sancti Pauli deinceps super hac occasione inferri.

Huius rei testes sunt Odo Campanensis, Guido miles de Villasum, Arnulphus de Dola, Stephanus de Lala milites.

Recognitum est hoc totum in presencia Ebrardi, tunc temporis Bisontine sedis electi; magistro Atardo et magistro Ebrardo de curia imperatoris presentibus; anno ab incarnatione^f domini millesimo 100 septuagesimo quinto.

a) homē, dann Lücke. b) *gravissimum*. c) Lücke. d) *in iure*, doch unsicher. e) Lesung unsicher. f) *imperate*.

1) Mit *Aliis et Finagio* (oder *aliis et finagio*?) weiss ich nichts anzufangen. Ueber Étrépigny und den Wald von Chaux vgl. Marquiset, *Statistique hist. de l'arrond. de Dole* II, 59.

S. Stefan zu Bologna.

Die Biblioteca dello studio zu Ferrara besitzt die Sammlungen A. Scalabrinis, auf deren hohe Bedeutung, von Forschungen Klinkenborgs unterstützt, jüngst College Kehr hingewiesen hat¹. Für die Kaiserurkunden kommen namentlich *Monumenta vetera monasterii Pomposiani et Ravennatis et Ferrariensis ecclesiarum* in Betracht. Quaternio V. f. 14 bietet die Abschrift einer ungedruckten Urkunde Friedrichs I., deren corrupte Daten, wie sie ihm von Klinkenborg mitgetheilt waren, Kehr nicht zu bestimmen vermochte². Sie lauten in der Abschrift Scalabrinis, der dem sehr verwahrlosten Original folgte³: Ferrarie . . kl. mar. ani dni MCLXXXI, indictione XV, anno regni XIII. imperii XII. Man ändere MCLXVII, und Alles ist in schönste Ordnung gebracht. Zu Februar 1167 passt die 15. Indiction und das 12. Kaiserjahr, passt aber auch das 14. Königsjahr, nur muss man dabei nicht auf die rechnerische Richtigkeit sehen, sondern auf den Kanzlei-gebrauch⁴. Was ferner den Ort betrifft, so wissen wir anderweitig, dass Friedrich damals Ferrara besuchte⁵.

Welches Kloster aber leitete der Abt Landulf, für den die Urkunde ausgestellt ist? In Ferrara selbst gab es wohl eine Kirche des hl. Stefan, aber kein ihm gewidmetes Kloster⁶. Nach dem übrigen Inhalte des Sammelbandes rath man auf Pomposa und Ravenna; doch Patron von Pomposa war die Jungfrau, und auch Ravenna besass kein Stefanskloster. Wohl aber Bologna⁷. Zum Glücke findet sich nun noch eine Urkunde, wonach der damalige Abt von S. Stefan zu Bologna Landulf hiess⁸. Offenbar hat Scalabrini die Urkunde abgeschrieben, nicht weil der Empfänger für ihn ein Interesse hatte, sondern wegen des Ausstellungsortes.

Scalabrini hat die zahlreichen Stellen des Originals, die unlesbar geworden waren, aufs genaueste bezeichnet; dass ich bei meinen Ergänzungen stets das richtige Wort getroffen habe, will ich nicht behaupten; aber über den Sinn kann man nicht zweifeln.

1) Nachrichten der kgl. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen 1897, S. 355. 2) A. a. O. 358 Anm. Die hier auch erwähnte Urkunde Friedrichs II. vom Juni 1226 ist gedruckt, B. F. 1630. 3) *‘facero per l’antichità’*. Er sagt nicht, wo er die Urkunde gefunden habe. 4) St. 4079. 80. 81. 82. 5) Vita Alexand. III. ap. Watterich II. 402. 6) Scalabrini, Mem. istor. delle chiese di Ferrara 64—67. 7) Petracchi, Della insigne abbaziale basilica di S. Stefano di Bologna 1747 scheint unsere Urkunde nicht gekannt zu haben. 8) 1162 December 15. Savioli, Annali Bolog. Ib, 267.

Friedrich I. beschützt den Abt Landulf und seine jetzigen, wie zukünftigen Besitzungen.

1167 Februar 14—28, Ferrara.

Fredericus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus.

[A]d imperatoriam pertinet maiestatem devotos sibi et fideles [auctoritatis] sue pagina roborare [et gratie] sue patrociniū [eis libenter] impendere. Quocirca notum [sit imperii] nostri fidelibus, presentibus et [futuris, quod] nos intuitu [divine retributionis] fidelem nostrum Landulfum, [vene]rabilem abbatem sancti Stephani, [et omnes] possessiones suas, [qua]s modo habet vel auctore deo habiturus est, sub imperialem protectionem nostram [sus]cepimus, statuētes et auctoritate nostra firmiter iubentes, ut eum de c[etero] nec dux vel marchio, nec episcopus, nec comes vel vicecomes, nec consules vel rec[tores], nec^a ulla ecclesiastica secularisve persona, magna sive parva, in bonis et [possessionibus] monasterii sui aut in persona molestare vel inquietare presu[mat. Si quis] vero hanc nostram auctoritatem violaverit vel ipsum abbatem fatigare vel [aggravare] presumpserit, reus erit nostre maiestatis et pro pena 200 marcas auri persolvēt, dimidium camere nostre et dimidium predicto abbati.

Datum Ferrarie . . kal.¹ Martii anno domini 1167^b, indictione 15, re[gnan]te domno Frederico Romanorum im[peratore, anno] regni eius 14, imperii vero 12, [feliciter, amen.]^c

Borgo San Sepolcro.

G. Mazzatinti, Gli archivi della storia d'Italia I, 87 hat neulich einige Notizen über das Archiv der bischöflichen Curie veröffentlicht; auf dessen wichtigstes Stück hat er nicht aufmerksam gemacht²: es ist ein Pergamentheft, in welches *Guido Ascanius Sfortia, cardinalis s. Mariae in Cosmedin*, 1540 eine Fülle nun von ihm bestätigter Urkunden eintragen liess. Diesen Schatz erhoben zu haben,

a) nulla. b) *Mart. ani. dni.* 1181. c) Das Siegel war verloren.

1) Wenn ich recht beobachtet habe, findet sich vor *kal.* eine Lücke. Sie ist aber auch in einer mir vorliegenden Abschrift Blochs angedeutet. Schon nach Friedrichs Itinerar möchte ich die Urkunde nicht mit N. A. XXIII, 778, wo übrigens Jahr und Empfänger richtig bestimmt sind, zum 1. März setzen. 2) Auch der neueste Geschichtsschreiber von Borgo San Sepolcro, Coleschi, hat es nicht gekannt.

ist das Verdienst Klinkenborgs, dessen Mittheilungen mir den Weg nach S. Sepolcro zeigten¹.

Andere werden sich mit dem übrigen Inhalte des Heftes befassen. Für meine nächsten Zwecke kommen in Betracht: zwei Urkunden des Reichslegaten Christian, des kaiserlichen Kanzlers, und eine des Generalvicars von Tusciën, Pandulfs von Fasanella. Eine zweite desselben Ausstellers findet sich auf einem kurzen Pergamentstreifen, und zwar in eben dem Convolut, worin die Transsumpte aufbewahrt werden².

Von hervorragender Bedeutung ist das erste der beiden Privilegien Christians.

Aus der Zeugenreihe lernen wir seine Anhänger kennen. Ein stattliches Gefolge tuscischer, märkischer, römischer Grossen hat sich seinem siegreichen Zuge in die Campagna und Maritima angeschlossen³. Die Zeit dieses Unternehmens aber, die bisher viel umstritten war⁴, ist nun durch das Datum festgestellt. Wie wir wissen, hatte Christian Alles weit und breit unterworfen, nur Anagnis wurde er nicht Meister⁵, er musste sich mit einer Verwüstung seines Gebietes begnügen: nach unserer Urkunde lag er am 3. Juni 1165 im Felde von Anagni.

Beide Urkunden Christians haben dann eine nicht zu unterschätzende Wichtigkeit für ein diplomatisches Gesetz.

Der neueste Geschichtsschreiber Christians hat meinen, mit Hülfe Fickers geführten Beweis, dass die Recognition keineswegs die Anwesenheit des Kanzlers bezeuge⁶, nicht für ausreichend erachtet; jede Widerlegung verschmähend, bleibt er einfach bei der alten Regel, dass der Kanzler, dessen Recognition die betreffende Urkunde trägt,

1) Da erfreute ich mich des liebenswürdigsten Entgegenkommens, besonders von Seiten der Herren G. Rossi, L. Govanioli und P. Maggi. 2) Eine Geschichte S. Sepolcros von Fr. Bercordati, die L. Coleschi besass, blieb mir unzugänglich. Auf der Communalbibliothek sah ich eine andere handschriftliche Geschichte. Darin die Notiz: *privilegia confirmavit sua atque predecessorum suorum imperator novaque concessit in dicta burgi abbatia anno incarnationis 1164 mense Septembris*. Mit diesen, besten Falles verwirrten Daten weiss ich nichts zu machen; eine sich anschliessende Wundergeschichte, in der Friedrich I. bei dem damaligen, durchaus abzuweisenden Besuche S. Sepolcros eine Rolle gespielt haben soll, erweckt gegen das Urkundencitat erst recht Misstrauen. 3) Vgl. oben S. 130 unter 'Domcapitel und S. Fiore zu Arezzo'. 4) Vgl. Varrentrapp, Erzb. Christian von Mainz 24. 25 und Ficker, Forschungen zur Reichs- und Rechtsgesch. Italiens II, 189 Anm. 27, IV, 183. 5) — *preter Anagniam, quam devastaverunt*. Annal. Ceccan. MG. SS. XIX, 285. 6) Kaiser Friedrich' I. letzter Streit mit der Curie 205—211.

am angegebenen Orte zugegen war. Und so führt Varrentrapp¹ seinen Helden in der ersten Hälfte des Juni 1165 nach Deutschland zurück; er hält ihn dort bis zum October 1166 fest und lässt ihn dann nochmals die Alpen übersteigen².

Zwei Momente hätten schon Bedenken erregen müssen. In der ganzen Zeit, die Christian am Hofe in Deutschland verbracht haben soll, erscheint er nicht ein einziges Mal als Zeuge, stets nur als *Recognoscent*³. Ganz anders, wenn er wirklich beim Kaiser weilte: nicht selten verbinden sich dann *Recognition* und *Zeugenschaft*⁴. Ferner wissen wir, dass Christian mit dem Erzbisthum Mainz erst um Weihnachten 1166 belehnt wurde, obwohl seine Wahl schon im September 1165 erfolgt war. Weshalb hat der Kaiser 1 $\frac{1}{4}$ Jahr gezögert? Doch wohl nur, weil Christian nicht zur Stelle war, weil er mit ihm erst in Italien wieder zusammentraf. Da wurde denn zu Bagnolo, einem Orte bei Brescia, die Investitur vollzogen⁵.

So ist es von vorneherein nicht wahrscheinlich, dass Christian 1165 und 1166 an der Seite des in Deutschland weilenden Kaisers stand. Volle Sicherheit über sein dauerndes Verbleiben in Italien geben folgende Gründe.

Die erste meiner Urkunden zeigt, dass Christian am 3. Juni 1165 vor den Mauern Anagnis lag. Unmöglich konnte er da schon am 14., wie Varrentrapp aus einer *Recognition* folgert, beim Kaiser in Würzburg sein. Eine zweite Urkunde führe nicht ich zuerst in die Untersuchung

1) S. 25. 26. 2) Der Nachricht eines nicht gleichzeitigen Chronisten zufolge eilte er dann dem Kaiser voran über die Alpen: Varrentrapp 26 bezieht sich dabei auf Chron. Ursperg. MG. SS. XXI, 355: *Imperator — in Alania pacem reformavit. Eo namque tempore imperator premiserat ad pugnandum contra Romanos Reinoldum Coloniensem et Christianum archiepiscopum Maguntinum. Quos et ipse cum exercitu consecutus est.* Da liegt aber offenbar eine Verwechslung mit Späterem vor. Ich will nur folgende Stellen hierher setzen: *Imperator Anconam obsidet, capit. Intereaque Romanus premittit Reinoldum Coloniensem et Christianum Mogontinum — Subsequitur eos imperator.* Rahe-wini Gestor. Frid. imp. appendix ed. Waitz. 279. Dann: *Anconam civitatem imp. — ad deditionem compellit, praemissisque archiepiscopis Maguntino et Coloniensi — Romanorum terras vastat.* Annal. Laub. MG. SS. IV, 24. 3) Die einzige Ausnahme haben sowohl Varrentrapp S. 129 n. 53, wie auch St. 4065 als Fälschung gebrandmarkt. 4) Varrentrapp S. 126. 127 n. 25. 32. 33. 34, vgl. 27. 28. 5) Vicent. Pragense. MG. SS. XVII, 683. Allerdings war Christian schon einen Monat früher, zu Lodi, mit dem Kaiser zusammengekommen. Da man aber mit der Investitur solange gewartet hatte, eilte die Sache nicht. Auch waren wichtigere Dinge zu erledigen, und für das Gepränge einer Belehnung eignete sich besser die nahe Festzeit.

ein, aber auch sie hat Varrentrapp noch nicht vorgelegen. Danach war Christian im letzten Viertel des Jahres 1165 zu Borgo San Genesio¹. Wer der 'alten Regel' folgt, muss also annehmen, dass er 'neuerdings' nach Italien gereist sei². Aber schon im December wäre er wieder in Deutschland gewesen: man werfe nur einen Blick auf seine Recognitionen! Wenn diese den Ausschlag geben, dann würde er nun im Januar, März, April und Mai 1166 auf deutschem Boden gewelt haben, und doch — nach einer dritten Urkunde, nämlich nach der zweiten, die mir das Archiv der bischöflichen Curie von San Sepolcro gab³, war er in der ersten Hälfte des Jahres 1166 abermals in Italien: zu Monte Acuto bewies er die Dankbarkeit seines Gemüthes. Freilich lange hätte Italien ihn auch jetzt nicht zu fesseln vermocht: zeugt die Recognition für die Anwesenheit des Kanzlers, so war er im August wieder in Deutschland. An derartige Hin- und Herreisen wird aber wohl Niemand glauben⁴, ganz abgesehen davon, dass nicht einmal immer die Zeit vorhanden ist, von dem deutschen zu dem italienischen Orte zu gelangen oder von diesem zu jenem.

Reichskanzler und Legat Christian beschützt wegen ausgezeichneten Dienstes den Abt Fransian, seine Nachfolger u. s. w., besonders aber alles, was Erzkanzler Reinald (1163 September 7) verliehen und Kaiser Friedrich (1163 November 6) bestätigt hat; will die Habe der Bürger und der Leute des

1) Ficker, Forschgen. IV, 182. 2) Nach Will, Reg. archiep. Mogunt. II, 18 wäre Christian am 30. November 1165 in Pisa gewesen, dabei hat er jedoch übersehen, dass sein Gewährsmann sich des calculus Pisanus bedient. 3) Ihrer gedenkt auch Mazzatinti a. a. O. 88, aber nicht nach dem Hefte der Transsumpte. Wenn er seiner Erwähnung hinzufügt: *senza sigillo*, so könnte man glauben, er habe ein Original gesehen. Ich meinestheils fand nur noch eine schlechte Abschrift des vorigen Jahrhunderts. 4) Varrentrapp hat St. 4038 nicht gekannt; und wenn er St. 4035 für unecht erklärte, weil darin schon am 1. November 1164 ein gleichnamiger Sohn Friedrichs genannt werde, so ist dieser Grund durch meine Ausführungen in den Mittheil. d. österr. Inst. IX, 634—642 wohl zur Genüge entkräftet worden. Das aber bemerke ich, denn nun ergäbe sich nach der alten Regel folgendes Itinerar Christians:

1164 November 1 Ulm, recognoscirt. St. 4035.

November 30 Pisa, führt den Papst hierher. Annal. Pisani MG. [SS. XIX, 251.

December 30 Strassburg, recognoscirt. St. 4038.

1165 Februar 14 Arezzo, urkundet. S. oben S. 131.

Klosters, namentlich derer in Casaprato, von allen Missbräuchen befreit wissen; ermächtigt die Mönche, Wasserleitungen anzulegen, Schenkungen zu empfangen, Tausche einzugehen; entkräftet dagegenlautende Urkunden.

1165 Juni 3, im Felde von Anagni.

In nomine sancte et individue trinitatis. Christianus dei gratia imperialis aule cancellarius et legatus.

Benignitas imperialis ad hoc vicem suam in Italia gerendam nostre ordinationi specialiter commendavit, ut ecclesias dei et ipsarum iura ac possessiones conservemus et tueamur, et illas pre ceteris promoveamus ac honoribus decoremus ecclesias, que specialius ac devotius pre ceteris ecclesiis imperio deservire consueverunt et preclara semper obsequia impenderunt. Proinde notum fieri volumus universis imperii fidelibus presentibus atque futuris, quod nos auctoritate imperiali et nostra venerabilem abbatem Frisianum Burgi sancti Sepulchri pro eius fidei servitio ac preclaro obsequio eiusque successores et ipsius monasterium iuraque omnia ac possessiones, quas nunc possidet et annuente deo ipsi monasterio in posterum conferentur¹ et specialiter omnia illa iura, dominium quoque Burgi et libertates illas, quas illustris sancte Coloniensis ecclesie electus et Italie archicancellarius Reinaldus eidem monasterio privilegio suo contulit² et maiestas imperatoria suo scripto confirmavit³, in protectionem domini imperatoris et nostram suscipimus, confirmantes et firmissime precipientes auctoritate, qua fungimur, quatenus hec omnia memorato monasterio rata et illibata omni tempore permaneant. Possessiones et res burgensium eiusdem monasterii, quas nunc iuste habent vel inantea cum voluntate monasterii sancti Sepulchri legaliter acquisiverint, homines quoque omnes ipsius monasterii et specialiter illos de Casaprato et eorum bona ac possessiones ab omni mala usuria liberas et absolutas esse decrevimus⁴. Concedimus quoque fratribus sepedicti monasterii, ut eis liceat aqueductus pro utilitate et commodo ducere [sine] alicuius reclamazione vel contradictione. Si quis et liber homo res ac possessiones suas eidem monasterio pro salute anime sue seu aliquo contulerit concambio, liceat eiusdem monasterii fratribus libere suscipere ac quiete possidere. Adiicientes quoque firmiter

1) *deo annuente conferentur* Friedrich I. und Reinald. 2) Zuletzt gedruckt bei Prutz, Kaiser Friedrich I. I, 446. 3) St. 3989, zuletzt gedruckt bei Prutz a. a. O. 448. 4) Hiernach kann der in allen Drucken verderbte Satz der Urkunde Friedrichs I. berichtigt werden.

statuimus, ut nullum alicuius ingenii instrumentum vel scriptum, quocumque modo acquisitum seu acquirendum, contra hanc serenissimi imperatoris et nostram protectionem ac confirmationem quicquid unquam valeat vel quisque hominum, magnus vel parvus, contra hoc temptare presumat. Et si aliquomodo, quod absit, contra hoc attemptare presumpserit sive aliquod ingenium vel scriptum induxerit, omnino contradicimus^a et in¹ irritum revocamus. Si² quis autem, quod absit, contra statuti decretum memorati Coloniensis electi et Italie cancellarii^b ac contra hanc invictissimi imperatoris et nostram confirmationem seu constitutionem venire presumpserit vel aliquomodo infirmare tentaverit, pene 1000 librarum subiacet earumque medietatem camere imperiali, alteram medietatem abbacie prenotate et abbati persolvat. Quodsi eandem pecuniam persolvere non poterit, personam ipsius publicamus et omnes possessiones eius in modum memorate pecunie fisco imperiali et prenotate abbacie eiusque abbati asscribimus.

Testes hii fuerunt: Pistoriensis episcopus Gratianus, Camerinus episcopus Tuduinus, abbas sancti Antimi Wido, abbas de Campuleone, abbas sancti Eutitii, abbas de Zambona, abbas sancti Salvatoris de Pete^c; laici: prefectus urbis Rome Petrus, comes Wido Verra, comes Albertus de Prato, marchio Wernerus, Jonatas comes Tusculanus et alii quam plures.

Data fuerunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo quinto, indictione decima tertia, regnante Federico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius 13³, imperii vero 10, in campo Anangie tertio non. Iunii, feliciter, amen.

Reichskanzler Christian, Erwählter von Mainz und Legat in Italien, schenkt dem Abte Fransian für herrlichen Dienst, den er dem Reiche und ihm im Gebiete von Rom und der Campagna geleistet hat, neun genannte Massarien in Casaprato mit allem Zubehör, wie sie der verstorbene Markgraf Wido (von Tuscien) als Reichslehen besass.

1166, Kloster Monte-Acuto⁴.

a) *contradixerit*. b) Sic. c) *Reate*?

1) *in irritum revocamus* Friedrich I. 2) Was fortan in kleinem Drucke erscheint, entspricht der Urkunde Reinalds. 3) Das 13. Königsjahr war am 9. März 1165 abgelaufen; die falsche Berechnung entspricht dem Gebrauche der kaiserlichen Kanzlei. Vgl. S. 132 Anm. 1. 4) Nördlich von Perugia.

Christianus dei gratia imperialis aule cancellarius, Maguntine sedis electus et sacre maiestatis in Italia legatus.

Benignitas imperialis ex innata sibi pietate consuevit semper ecclesias dei congruis honoribus ac beneficiis sublimare et facultatibus suis copiose honorare. Proinde nos vicem eius in Italia gerentes et ipsius liberalitatis bonam voluntatem cognoscentes, concedimus venerabili abbati Burgi sancti Sepulchri Fransiano pro ipsius magnifico servitio, quod imperio et nobis in Romania et in Campania multis expensis exhibuit, et eius ecclesie ad usus fratrum inibi deo famulantium novem massarias in villa Casaprato, videlicet domum filii Adelasiae, domum Lambertutii et Iohannis, domum Ranutii Marci, domum Betti, domum Siguli, domum Giraldis Guidunzii, domum Dominici de Jandazo, domum Iohannis et Tusi, domum Ubertelli de Albeo cum omnibus pertinentiis illis, que Wido marchio defunctus ab imperatore in eadem villa Casaprato in beneficium habuit, sub districto sacramenti^a et sub pena . . .^b marcharum puri argenti firmissime precipientes, ut nullus dux vel marchio, comes vel capitaneus sive aliqua persona, magna vel parva, in hac nostra concessione predictum abbatem vel eius ecclesiam deinceps audeat inquietare vel molestare. Si quis vero ausu temerario hanc nostram concessionem in aliquo infringere attemptaverit, perpetuam indignationem domni imperatoris incurrat et penam memoratam componat, dimidium camere imperiali et dimidium prefato abbati vel eius successoribus.

Data apud abbatiam sancti Salvatoris de Montaguto anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo sexto, indictione quarta decima, imperante domno nostro serenissimo imperatore Federico semper augustus, anno regni eius tertio decimo¹, imperii vero 11². In presentia cardinalis Berardi, abbatis Radicofani, prepositi de Difendale, Biselmari capellani et in presentia multorum imperii fidelium.

-
- a) Ob wirklich so zu lesen ist? b) Die Zahl unleserlich.

1) Abermals ist das Königsjahr um einen Einer zu niedrig berechnet. Das aber entspricht, wie schon gesagt, dem Gebrauche der kaiserlichen Kanzlei. Auch sie hat bis zum 9. März das 13. gerechnet; indem sie es noch zum April und Mai setzt, verstösst sie gegen ihre eigene Regel. Ist diese in unserem Diplom streng befolgt, so gehört es vor den 9. März. 2) Das 11. Kaiserjahr lief mit dem 18. Juni ab.

Pandulf von Fasanella, kaiserlicher Capitän in Tuscien, tadelt die Gemeinde, dass sie trotz seiner Befehle Abt und Kloster mit Abgaben belästige; verlangt, dass sie innerhalb vier Tagen einen Syndicus mit sechs angesehenen Männern zu ihm schicke.

(1244) October 5, Bibbiena.

Pandulfus de Fasanella, imperialis in Tuscia capitaneus generalis nobili viro domino Donusdeo potestati et consilio et communi Burgi sancti Sepulchri salutem et amorem sincerum.

Miramur multum et movemur, quod cum vobis semel et pluries mandaverimus per litteras nostras, ut abbatem et monasterium sancti Sepulchri non molestaretis in datis seu collectis vel aliquibus exactionibus, — quod contempto mandato nostro aliquid inde facere non curastis. Unde ne^a penitus videamini mandatorum nostrorum contemptores, mandamus vobis auctoritate imperiali, qua fungimur, quatenus idoneum syndicum cum sex hominibus melioribus vestre terre coram nobis de hinc ad quatuor dies mittatis, mandatis nostris omnimodo parituri, sub pena 100 marcarum argenti. Et sic de gratia imperatoris confidatis.

Datum Biblene^b 5. Octubris tertie indictionis.

Pandulf von Fasanella, kaiserlicher Capitän in Tuscien, gebietet der Gemeinde, keine Statuten gegen die Immunitäten des Klosters zu erlassen und die schon erlassenen nicht auszuführen, wie auch dem Kloster und dessen Leuten etwaigen Raub zu erstaten.

(1244) October 6, Bibbiena.

Pandulfus de Fasanella, imperialis in Tuscia capitaneus generalis, nobili viro domino Donusdeo potestati et consilio et communi Burgi sancti Sepulchri salutem et amorem sincerum.

Cum abbas pro monasterio sancti Sepulchri privilegium immunitatis habeat, sibi indultum ab imperiali culmine, et intellexerimus vos certa statuta facere in preiudicium iurium dicti monasterii contra tenorem sui privilegii, mandamus vobis auctoritate imperiali, qua fungimur, quatenus nulla statuta faciatis nec facta observetis, que per vos facta sunt contra tenorem privilegii prefati; et si ab eo vel suis hominibus seu ab ecclesiis boves vel aliquid aliud afferri fecistis contra formam vel modum dicti privi-

a) *cum*. b) *Biblone*.

legii, sibi reddi faciat sub pena a vobis . . . inferenda. Dum privilegium immunitatis a domino nostro imperatore concessum volumus illesum servari.

Datum Biblene sexto Octubris tertie indictionis.

Erzbisthum Capua.

Wohl für keine Kirche von ähnlicher Bedeutung kannte man bis vor Kurzem so wenige Königs- oder Kaiserurkunden. In einem dreibändigen Repertorium begegnete Bethmann¹ der Erwähnung einer einzigen², aber sie selbst kam nicht wieder zum Vorschein. Nun hat Langlois im Register Nicolaus' IV. nicht bloß diese eine gefunden, sondern zugleich vier andere, die mit ihr in Verbindung stehen³.

Damit wird eine nächstliegende Vermuthung bestätigt, nämlich die, dass ein Mann, um das staufische Haus so hochverdient, wie Erzbischof Matthaeus, nicht leer ausgegangen sei. Matthaeus war einer der ersten Sicilianer, die Heinrich VI. entgegenkamen; von diesem Augenblicke an stand er treu zum Staufer, ob auch seine Stadt eine Belagerung aushalten musste; wohl keinen Kirchenfürsten finden wir so oft am kaiserlichen Hofe⁴; nicht mit Unrecht lässt Petrus von Ebulo den Kaiser zu ihm sagen: *mentis pars maxima nostre*⁵; ihn berief dann die Kaiserin in den Regentschaftsrath, der nach ihrem Tode die Vormundschaft über Friedrich II. führen sollte. Ein so treuer Anhänger muss seinen Lohn erhalten haben. Drei Urkunden liefern jetzt den Beweis. Zwei der Schenkungen bestätigte Friedrich II. dem folgenden Erzbischof Rainald.

Von je zwei Urkunden Heinrichs VI. und Friedrichs II. hat Langlois kurze Auszüge mitgetheilt; eine der Kaiserin Constanze hat er vollständig veröffentlicht. Der Güte des Directors unseres historischen Instituts in Rom, Herrn Prof. Friedensburg, verdanke ich nun auch den ungekürzten Wortlaut der Vergünstigungen Heinrichs VI. und Friedrichs II. Mit ihnen verbinde ich natürlich das

1) Archiv f. ältere deutsche Geschichtskunde XII, 494. 2) Sonst kannte man meines Wissens nur noch die Urkunde B. F. 3783, die nach Winkelmann dieselbe ist wie B. F. W. 14758. Ob Venturas Repertorium des erzbischöflichen Archivs zu Capua, welches hier nach Capasso e Iannelli Pietro della Vigna 51 angeführt wird, das von Bethmann benutzte ist, kann ich nicht sagen, da unsere Bibliothek das Buch nicht besitzt. 3) Les registres de Nicolas IV. S. 716. 717 n. 5162 — 5165. 4) St. 4698. 99. 4701. 02. 04. 4890. 95. 96. 4902. 03. 05. 10a. 22. 5065. 70. 80. 5) Liber ad honor. aug. v. 412 ed. Winkelmann p. 32.

eng dazu gehörende Privileg der Constanze, den Text Langlois' zu Grunde legend.

Heinrich VI. verleiht zugleich mit seiner Gattin dem Erzbischof Matthaeus, der ihm aufrichtige Treue und Ergebenheit bewiesen hat, Castell' a Mare del Volturmo mit Zubehör.

1195 April 8, Trani.

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie.

Imperialis mansuetudinis excellentiam et christiani decet principis maiestatem, ecclesias dei diligere et earum possessiones religiose devotionis munificentia dilatare, sacerdotibus quoque domini ac ministris eius tanto largius dona sue liberalitatis impendere, quanto id, quod^a eis impenditur, deo, cuius ministri sunt, comprobatur impendi. Ad laudem igitur dei patris et gloriosi prothomartiris Stephani, cuius patrociniatum elegimus et optamus habere, inspecta sinceritate fidei et devotionis, quam Matheus venerabilis Capuanus archiepiscopus, dilectus familiaris et fidelis noster, serenitati nostre dinoscitur observasse, una cum Constantia illustri Romanorum imperatrice et regina Sicilie semper augusta dilecta consorte nostra, damus et concedimus ei et successoribus eius ac per eos ecclesie beati Stephani Capuane in perpetuum Castellum Maris de Vulturmo cum omnibus iustis tenementis et pertinentiis eius, que in hominibus, terris, aquis vel quibuslibet proventibus videtur habere. Unde ad perpetuam eius et successorum suorum securitatem et pro inconcusso robore firmitatis presentem inde scribi paginam et nostre auctoritatis bulla aurea iussimus communiri, statuentes, ut nulla omnino persona in alto gradu vel humili constituta contra iamdictam largitionis nostre donationem aliquid proponere vel attemptare presumat, et qui modo quolibet in preiudicium ipsius nostre donationis egisse aliquid fuerit interceptus, quinquaginta librarum auri pena mulctetur, quarum medietas fisco nostro solvatur, reliqua vero parti eiusdem ecclesie, quam ledere temptavit, accedat.

Huius rei testes sunt Guillelmus archiepiscopus Ravennas, Henricus Wormaciensis episcopus, Galterius Troianus episcopus et regni Sicilie et Apulie cancellarius, Conradus imperialis aule cancellarius, Philippus frater noster,

a) *ad quod*.

Corradus dux Spoleti, Marcualdus imperialis dapifer, Henricus de Calendin marescalcus et alii quam plures.

Ego Conradus imperialis aule cancellarius una cum domino Gualterio regni Sicilie et Apulie cancellario recognovi.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilie semper augusti.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1100 nonagesimo quinto indictionis tertie decime, regnante domino nostro Henrico sexto Romanorum imperatore invictissimo et rege Sicilie semper augusto, anno regni eius 24, imperii vero quinto, regni Sicilie primo. Datum apud Trantum octavo die mensis Aprilis per manus Alberti imperialis aule protonotarii.

Heinrich VI. verleiht zugleich mit seiner Gattin dem Erzbischof Matthaeus, der ihnen aufrichtige Treue und Ergebenheit bewiesen, dessen Kirche auch in ihrem Dienste Schaden erlitten hat, Pino, Pemonte und alles Land des weiland Landulph Compalatio, als abgabefreien Besitz, jedoch 'salvo mandato'.

1197 September 24, Messina.

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie.

Si iuste postulatio voluntatis in personis quorumlibet, et hiis, quos nulla precessit observantia, meritorum effectum debet aliquando prosequente compleri, multo magis imperialis sublimitas sacrosanctis tenetur adesse ecclesiis et illis presertim dei cultoribus suum reserare humanitatis auditum, qui propter integritatem fidei augustali munificentie totaliter observatam rerum iacturas et corporum supplicia evidentius sustinuisse noscuntur. Unde inspecta sinceritate fidei pariter et devotionis, quam Matheus venerabilis Capuanus archiepiscopus, dilectus fidelis et familiaris noster, excellentie nostre et carissime consorti nostre Constantie, illustri Romanorum imperatrici semper auguste et regine Sicilie, dinoscitur observasse, considerata etiam ipsius ecclesie Capuane iactura, quam sub nostri occasione servitii eam novimus pertulisse, ipsi venerabili archiepiscopo et ecclesie Capuane libere et sine aliqua conditione vel servitio in perpetuum damus et concedimus, una cum dilecta consorte nostra Constantia illustri Romanorum imperatrice semper augusta et regina Sicilie, Pinum et Pemontem et

terram, que olim fuit Landulphi Compalatii tam infra quam extra civitatem Capue, cum omnibus rationibus et iustitiis ipsis pertinentibus, salvo mandato et ordinatione nostra et nostrorum heredum. Statuimus igitur et imperiali sancimus edicto, ut nulla omnino persona, parva vel magna, secularis vel ecclesiastica, contra hanc maiestatis nostre concessionem et presentem auctoritatis nostre, quam inde facimus, confirmationem audeat venire vel eam aliquo modo presumat perturbare. Quod si quis facere attemptaverit, centum libras auri puri pro pena componat, dimidium camere nostre et reliquum passis iniuriam.

Huius rei testes sunt Carus Montis Regalis archiepiscopus, Guillelmus Reginus archiepiscopus, Berardus Messanensis archiepiscopus, Hertwicus Eistedensis episcopus, Theodericus Traiectensis prepositus, Albertus imperialis aule prothonotarius, Berardus imperialis aule medicus familiaris, Conradus dux Spoleti, Marquardus senescalcus marchio Ancone et dux Ravenne, comes^a Albertus de Spanheim, comes Bertoldus de Leschemunde, comes Gentilis, comes Ioffredus de Marturano, Guillelmus Crassus comes Malte totius regni ammiratus et alii quam plures.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilie.

Ego Conradus Hildeneshemensis episcopus imperialis aule cancellarius una cum domino Waltero Troiano episcopo et regni Sicilie cancellario recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1100 nonagesimo septimo, indictione prima, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo et potentissimo rege Sicilie, anno regni eius vicesimo octavo, imperii vero septimo et regni Sicilie tertio. Datum Messane per manum Alberti imperialis aule prothonotarii vicesimo quarto die mensis Septembris.

Constanze I. schenkt dem Erzbischof Matthaeus in Anbetracht seiner reinen Treue und seiner genehmen Dienste die Judenschaft seiner Stadt zu abgabefreiem Besitze; will, dass das Land des Landulf Compalatio, das Heinrich VI. ihm verliehen, das er aber der Tochter des Landulf als Baronie gegeben, wenn deren Geschlecht erlösche, seiner Kirche heimfalle.

1198 September 9, Palermo.

a) *Albertus comes Albertus.*

Constantia dei gratia Romanorum^a imperatrix semper augusta et regina Sicilie una cum carissimo filio suo Frederico eadem gratia rege Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue.

Notum facimus universis regni nostri fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam intuentibus, quod nos de solita gratia et liberalitate nostra, pro remedio quoque anime domini regis Rogerii bone memorie necnon et domini imperatoris inclite recordationis, attendentes quoque puram fidem et grata servitia, que Matheus venerabilis Capuanus archiepiscopus, dilectus fidelis et familiaris noster, ipsi domino imperatori et nobis diligenter exhibuit et cotidie exhibet, concedimus ei et ecclesie Capuane ac successoribus suis in perpetuum iudaicam civitatis Capue libere et sine alicuius exactione servitii. Volumus etiam, ut terram, que fuerat Landulphi^b Compalatii, quam pre-nominatus dominus imperator bone memorie ipsi archiepiscopo et ecclesie Capuane concessit et ad presens idem archiepiscopus permissione nostra Ricie filie ipsius Landulphi^b in baroniam tribuit, quocumque tempore ipsa filia Landulphi^b vel heredes eius sine herede decesserint, ad demanium ipsius ecclesie Capuane deveniat. Ad huius autem nostre donationis et concessionis memoriam et perpetuam firmitatem presentem scribi paginam et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Panormi 9. die mensis Septembris secunde indictionis.

Friedrich II. verleiht dem Erzbischof Rainald in Betracht der Reinheit seiner Ergebenheit und Treue, dann der genehmen Dienste, die er stets geleistet hat und unaufhörlich zu leisten bemüht ist, Castell' a Mare del Volturmo mit Zubehör, wie seine Eltern es (1195 April 8) dem Erzbischof Mattheus geschenkt haben.

1206 März, Palermo.

In nomine dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi, amen. Fredericus divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue.

Cum ius perpetue firmitatis donis debeatur regalibus, servari nostro tempore convenit illibatum, quicquid a predecessoribus regibus et maxime a progenitoribus nostris ob

a) *Romana.* b) *Pandulphi.*

fidei meritum invenimus fidelibus fuisse collatum. Illa tamen favorabilia sunt dona principum, que sacrosanctis conferuntur ecclesiis, ut hereditas domini inter homines dilatetur. Hinc est igitur, quod nos attendentes devotionis ac fidei puritatem necnon et grata servitia, que tu Raynalde venerabilis Capuane electe, fidelis noster, maiestati nostre semper exhibuisti et incessanter satagis exhibere, de consueta nostre benignitatis ac munificentie gratia pro remedio quoque animarum domini quondam imperatoris patris nostri et domine imperatricis bone memorie matris nostre, concedimus, donamus et confirmamus tibi tuisque successoribus et Capuane ecclesie in perpetuum Castellum Maris de Vulturno cum omnibus iustis tenementis ac pertinentiis eius, que in hominibus terris aquis et quibuslibet aliis proventibus consuevit habere, quemadmodum olim a domino quondam imperatore patre nostro et domina imperatrice matre nostra predecessori tuo Matheo venerabili Capuano archiepiscopo eiusque successoribus et ecclesie Capuane per eorum privilegium noscitur fuisse concessum. Ad huius autem nostre concessionis, donationis et confirmationis memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium fieri iussimus et sigillo nostre celsitudinis insigniri anno, mense et indictione subscriptis.

Datum in urbe felici Panormi anno dominice incarnationis 1200 sexto, mense Martii, indictione nona, per manus Gualterii regni Sicilie cancellarii, regni vero domini nostri Frederici dei gratia illustrissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno octavo, feliciter, amen.

Friedrich II. bestätigt dem Erzbischof Rainald in Anbetracht seiner reinen Treue und genehmen Dienste die Schenkungen, die gemäss den seiner Curie vorgelegten Privilegien Heinrich VI. und Constanze I. (1195 April 8 und 1197 September 24) dem Erzbischof Matthaëus gemacht haben.

1207 Mai, Palermo.

In nomine dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi, amen. Fredericus divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue.

Licet imperialia et regalia queque munera perpetuo robore fulciantur, ea tamen ius digne perpetuat, illis favor assurgit inviolabilis firmitatis, que personis venerabilibus et sacrosanctis ecclesiis pia consideratio principum elargitur. Non enim decet esse temporale premium, per

quod hereditas obtinetur eterna, cum reponatur illis in celis meritum, qui deum in suis honorant ecclesiis largitate donorum. Nuper siquidem ex ostensis in curia nostra quorundam privilegiorum exemplariis, que dudum illustrissimus pater noster imperator augustus una cum serenissima matre nostra imperatrice bone memorie fecerat, nostre claruit maiestati, qualiter ipsi parentes nostri ad laudem dei patris et gloriosi prothomartiris Stephani, cuius sibi patrociniū elegerunt, inspecta quoque sinceritate devotionis ac fidei Mathei quondam venerabilis Capuani archiepiscopi fidelis et familiaris eorum ac nostri, necnon et considerata iactura, quam Capuanam ecclesiam sub eorum noverant occasione servitii pertulisse, concesserunt et donaverunt in perpetuum prenominato Matheo archiepiscopo eiusque successoribus et ecclesie Capuane Castellum Maris de Vulturno cum omnibus tenimentis et pertinentiis eius, que in hominibus, terris aquis vel quibusbet proventibus videtur habere. Simili modo concesserunt ac donaverunt perpetuo eidem Matheo quondam archiepiscopo suisque successoribus et Capuane ecclesie Pinum et Pigmontem cum omni honore et tenimentis eisdem pertinentibus necnon et terram, que fuit olim Landulfi Compalatii tam intus quam extra civitatem Capue cum universis rationibus ac iustitiis suis¹. Nos igitur volentes, quod tam pia consideratio parentum nostrorum, sicut nostris redolet seculis, sic celebris habeatur in evum, attendentes quoque sinceram fidem et grata servitia, que tu Raynalde venerabilis Capuane electe, fidelis noster, celsitudini nostre semper exhibuisti et que deinceps exhibere poteris gratiora, de innata nobis clementia et liberalitate immensa, pro remedio quoque animarum supradictorum parentum nostrorum recordationis inclite concedimus, donamus et confirmamus tibi tuisque successoribus et Capuane ecclesie in perpetuum omnia supradicta, videlicet Castrum Maris de Vulturno cum omnibus tenimentis et pertinentiis eius, que in hominibus, terris, aquis et quibusbet proventibus videtur habere, similiter Pinum et Pigmontem et terram, que fuit olim Landulfi Compalatii cum honore, tenimentis et pertinentiis eorum, sicut dudum hec omnia ab illustrissimis quondam imperatore et imperatrice, parentibus nostris, Matheo quondam archiepiscopo Capuano eiusque successoribus et Capuane ecclesie fuerunt concessa. Ad huius autem concessionis, donationis et confirmationis nostre memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium per manus Iacobi de

1) Das petit Gedruckte ist einer der beiden Vorurkunden entlehnt; man hat sie abwechselnd herangezogen.

Capua notarii ac fidelis nostri scribi et sigillo nostre celsitudinis iussimus insigniri anno, mense et indictione subscriptis.

Datum in urbe felici Panormi per manus Gualteri de Paleria, regni Sicilie cancellarii, anno dominice incarnationis 1200 septimo, mense Maii, indictione decima, regni vero domini nostri Frederici dei gracia illustrissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno decimo.

Grafen von Castello.

Stumpf kannte von den Urkunden, die Friedrich I. 1152 und Heinrich VI. 1191 den Grafen ausstellten, bloss dürftige Auszüge, St. 3639 und 5097a. Die erstere ist jetzt bei Bianchetti, L'Ossola inferiore II, 73 vollständig gedruckt. Der Herausgeber folgte einer Hs. der Ambrosiana zu Mailand D. S. IV. 8. Sie wiederholt nur den Text aus einer Sammlung Sormanis, welche ebendort unter E. S. IV. 3 aufbewahrt wird. Dieser Codex enthält auch die Urkunde Heinrichs VI., für die Stumpf nicht einmal ein bestimmtes Jahr anzugeben vermochte. Danach lasse ich sie später folgen.

Zunächst muss ich eine diplomatische Merkwürdigkeit hervorheben. Die Urkunde ist meines Wissens die erste, in der die Kanzlei nach fortlaufenden Monatstagen zählt. Häufiger hat man die römische Rechnung erst während Heinrichs VI. zweitem Römerzuge verlassen, d. h. erst dann, als die Datierungsformen der sicilischen Kanzlei sich recht geltend machen konnten¹. Aber schon zu Anfang des Decembers 1191 hat ein Kanzlist versucht, den lästigen Kalender der Römer zum alten Plunder zu werfen. Spuren seines verständigen Bestrebens zeigten Urkunden vom 7. und 8. December²; als erste kommt nun die vom 2. hinzu. Nach dem 8. kehrte man zum frühern Gebrauche für längere Zeit zurück.

Die Singularität beweist in diesem Zusammenhang die Echtheit. Das ist um so wichtiger, als vielleicht Jemand wegen des Itinerars Zweifel hegen könnte. Am 27. November war Heinrich zu Pavia, am 29. und 30. in Mailand³. Nach unserer Urkunde ist er nun rückwärts

1) Ficker, Beiträge zur Urkundenlehre II, 365. 2) St. 4727. 29. Dort fügt Stumpf hinzu: 7 *mensis decembris*, hier ergänze man: 8. *die mensis decembris*. St. 4726, 28, die auch nach fortlaufenden Monatstagen datiert sind, können als Notariatsacte hier nicht in Betracht kommen. 3) St. 4722. 24.

gezogen, zu Lodi hat er am 2. December den Grafen von Castello sich gnädig erwiesen. Schon in den nächsten Tagen erscheint er wieder in Mailand¹. Das ist kein gewöhnlicher Reiseweg²; aber die ungewöhnliche Rechnung nach fortlaufenden Monatstagen, die für den Anfang des December und eben nur da kanzleigemäss ist, zerstreut die Bedenken.

Heinrich VI. bestätigt den derzeitigen Grafen das Privileg seines Vaters vom 1. August 1152.

1191 December 2, Lodi.

In nomine sanctę et individę trinitatis. Henricus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus.

Imperialis³ munificentię dignitas exigit, ut omnes ad sinum nostre misericordię confugientes consuete benignitatis manu suscipiamus et dignis eorum petitionibus efficaciter adquiescamus. Eapropter omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus volumus esse cognitum, quod nos fideles nostros Mainfredum Cavalcasellam et fratres et Ardicionem, filios Wilielmi de Castello et Guidonis, comites de Castello, fratres et nepotes, cum omni beneficio suo atque cum universis rebus iuste acquisitis et iuste conquiendis tam mobilibus quam immobilibus ubicumque constitutis sub nostri mundiburdii protectionem suscipimus, sicut a predecessoris nostris retro divis principibus, id est Carolo sancte memorie, Ottone, Henrico et aliis imperatoribus, actenus eorum maiores, fideles regni, suscepti sunt, possessiones quoque et eorum iura, videlicet castrum Sancti Angeli cum curte et omni honore ad ipsam curtem pertinente et ripam Palantie cum mercato et theloneo et castrum de Cerro cum theloneo et aliis honoribus, cum Toxa et fluminibus, qui de Valle Oxola descendunt, cum Flumine et Strona, et cum omni honore ad ipsam curtem de Cerro pertinente. Advocatiam quoque hominum quorundam monasteriorum et districtum in predicta valle, quod hactenus possederunt, imperiali auctoritate predictis fidelibus nostris concedimus et confirmamus, preterea omnia loca eorum, videlicet castrum de Cavallo et castrum de Agamio et Gaticum et Caron^a et castrum Mayranum cum suis pertinentiis et quidquid eis pertinet in Pumbia cum omni honore, districto et fodro ibidem pertinentibus et theloneis, etiam et mercatum de Scozula ex utraque parte fluminis, portum etiam de Sexto eisdem fidelibus nostris concedimus, et

a) Dadurch ist die Lücke in Friedrichs I. Urkunde auszufüllen.

1) Wenn das Datum der notariellen Ausfertigung auch für die darin enthaltene Urkunde Heinrichs gilt, so wäre der Hof schon am 4. December wieder in Mailand eingetroffen, St. 4726. 2) Man denkt an die Zusammenkunft Heinrichs VI. mit Philipp von Frankreich, die eben in diesen Tagen stattfand. 3) In der Urkunde Friedrichs I. vom August 1152 heisst es: *imperator et semper augustus. Imperialis munificentie etc.*, in der Heinrichs vom December 1191: *rex augustus. Regalis munificentie, etc.* Dann aber hier: *Signum dom. Henrici sexti Rom. imperatoris, regnante dom. Henrico imperatore, anno imperii primo*, und dort: *Signum dom. Friderici Romanorum regis, regnante Friderico rege*, natürlich folgt auch nur das Königsjahr. Die Schlimmbesserungen des Copisten liegen also zu Tage, und meine Herstellung des ursprünglichen Wortlautes wird keinem Widerspruch begegnen.

ut in omnibus prediis suis habeant potestatem legem faciendi, lites definiendi sive per duella sive per alia legis instrumenta, veluti si ipsa legalis actio coram nostra presentia ventilaretur. Statuentes itaque precipimus, ut nullus archiepiscopus, dux^a, marchio, comes, vicecomes nec aliqua magna vel parva persona predictos fideles nostros de predictis eorum possessionibus molestare presumat. Similiter et alodia domne Berte, uxoris Mainfredi de Castello, in nostram protectionem sicut omnia supradicta suscipimus. Si quis igitur huic nostre scripturę^b temere contraire temptaverit, centum libras auri optimi, medietatem nostre camere, medietatem predictis fidelibus nostris solvat. Et ut hæc omnia firma et illibata permaneant, presentem paginam sigilli nostri impressione signari præcepimus.

Huic autem nostre maiestatis indulto interfuerunt Albertus Vercellensis episcopus, Bonifacius Novariensis episcopus, Lanfrancus Bergamensis episcopus, dux Austrię¹, Anricus pincerna et alii plures.

Signum domni Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi.

Acta sunt hæc anno ab incarnatione domini 1191, indictione decima, regnante domno Henrico imperatore gloriosissimo, anno regni eius vigesimo tertio, imperii vero primo. Datum Laude, secundo die mensis Decembris.

S. Maria del Monte zu Cesena.

Der Mönch Romuald Serra verfasste in der ersten Hälfte des vorigen Jahrhunderts einen Catalogus scripturarum archivii abbatię s. Marię in monte prope Cesenam; die Sammlung wird heute im Communalarchive von Cesena aufbewahrt. Daraus hat mir mein verehrter Freund Dr. Güterbock die Abschrift einer Urkunde Friedrichs I.² vom 8. Juli 1177 besorgt = 1. Später übersandte mir Dr. Klinkenborg noch eine Collation nach dem Summarium quod vocatur catalogus iurium monasterii s. Marię in monte, einem Codex vom Jahre 1527, den dasselbe Archiv besitzt = 2.

Die Echtheit der Urkunde unterliegt keinem Bedenken; wie wir sehen werden, reiht sie sich vortrefflich ins Itinerar Friedrichs I. ein; die Formeln sind tadellos, und wenn die Verkündigung an alle Getreuen des römischen Reiches nicht eben gewöhnlich ist³, so finden sich doch gerade aus der nächsten Zeit noch zwei Urkunden mit der Adresse *omnibus Romani imperii fidelibus*⁴.

a) dux, comes, marchio, comes. b) nostro scripto Friedrich I.

1) Gemeint ist Heinrich, der Bruder Herzog Leopolds. Als Herzog erscheint er auch am 1. März 1191 zu Pisa; zumeist heisst er allerdings: Bruder des Herzogs. 2) Eine dürftige Erwähnung der Urkunde, mit falscher Datierung, bei Zazzeri Storia di Cesena 135. 3) S. mein Buch, Zur Gesch. d. 12. und 13. Jh. 139 Anm. 1. 4) St. 4239. Dazu die Urkunde unter 'S. Johann zu Ravenna'.

Die Daten der Urkunde '1177 Juli 8 Cesena' haben eine gewisse Bedeutung für das Itinerar des Kaisers. Er stand im Begriffe, sich nach Chioggia zu begeben, also in das Gebiet des Dogen von Venedig. Dessen Sohn, heisst es, sei ihm im Juli entgegengeeilt und habe ihn von Ravenna nach Chioggia geleitet¹. Dies bestreitet Simonsfeld². Mit Recht lässt er den Kaiser von Ravenna, wo wir ihn am 11., 17. und 24. Mai finden³, nach Pomposa reisen. Dort urkundet Friedrich am 2. Juni⁴. Dann sei er nach Chioggia gegangen; Ravenna hätte er also im Juli längst verlassen. Dass aber der Kaiser von Pomposa sich nach Chioggia begeben habe, ist eine Construction Simonsfelds. Kann Friedrich nicht von Pomposa wieder südwärts, nach Ravenna, dann wieder nordwärts, nach Chioggia gezogen sein? In der That und noch mehr: zunächst ist er sogar nach dem südlich über Ravenna hinaus liegenden Cesena zurückgekehrt. Romuald von Salerno erzählt von dem Aufenthalte Friedrichs in Pomposa⁵; eine Seite weiter berichtet er, dass der Erzbischof von Köln zum Kaiser nach Cesena gekommen sei und ihn dann nach Chioggia geführt habe. Auf dem Wege dahin berührte man Ravenna, wo der Sohn des Dogen den Kaiser empfing. So greift Alles aufs beste ineinander⁶, und nun erhält die Angabe Romualds sogar ihre Bestätigung und eine chronologische Bestimmung. Der Reiseweg hat aber deshalb einen Werth für uns, weil der Kaiser zur Zeit mit dem Papste, der in Venedig sich aufhielt, über die Herstellung des Kirchenfriedens unterhandelte. In Pomposa war er seinem bisherigen Gegner schon sehr nahe gekommen. Dass er sich wieder zum Süden entfernte, bis nach Cesena, schien kein günstiges Zeichen zu sein.

Friedrich I. beschützt auf Bitten seines geliebten Abtes Stefan das Kloster; bestätigt ihm seine jetzigen und zukünftigen Besitzungen; verbietet ungerechte Auflagen; wahrt dem Vogte seinen Sold, dem Reiche und dem Bischofe sein Recht; ermächtigt unter angegebenen Bedingungen den Abt zur Einziehung der Pachtgüter.

1177 Juli 8, Cesena.

1) Hist. duc. Venet. MG. SS. XIV, 83. 2) MG. I. c. Anm. 2.
3) St. 4192. 93. 94. 4) St. 4196. 5) MG. SS. XIX, 448. 6) Dass Prutz, Friedrich I. II, 336 irrt, wenn er den Kaiser schon längere Zeit vor dem 6. Juli nach Chioggia kommen lässt, zeigt Giesebrecht, Kaiserzeit VI, 541. In diesem Zusammenhange entbehre ich nur einen Verweis auf Romuald und eine Widerlegung Simonsfelds. Vgl. übrigens V, 830. 31.

Fredericus dei gratia Romanorum imperator augustus.

Ad promerendam a rege regum eterne beatitudinis coronam ac^a temporalis imperii gubernationem tranquillam nobis suffragari speramus, si religiosarum petitiones personarum circa ecclesiarum necessitates clementer attendamus. Noverit igitur imperii Romani fidelium presens etas et futura, quod nos intuitu divine retributionis et simul ob petitionem dilecti nostri Stephani, venerabilis abbatis sancte Marie Montis Mauri apud Cesenam, monasterium idem, scilicet sancte Marie, cum omnibus pertinentiis suis^b, ubicunque site sunt, in nostre tuitionis speciale patrocinium et mundiburdium suscipimus^c et omnes possessiones, quas eadem ecclesia iusto hactenus acquisitionis titulo possedit et tenuit vel inantea rationabiliter acquirere poterit, imperiali nostra auctoritate ei confirmamus. Precipimus ergo, quatenus nec in ipso Monte Mauri nec in ceteris usquam^d locis ullus unquam marchio, comes, consul, capitaneus aut ulla prorsus^e persona, magna vel parva, secularis aut ecclesiastica, presumat pertinentias eiusdem monasterii, villas, castella, agros, vineas, pascua, terras cultas et incultas et quaslibet possessiones illius ecclesie aliqua perturbare violentia aut aliqua exactione seu indebito servitio gravare aut occasione commendationis guardie vel advocatie infestare, salva tamen pensione, que cuilibet inde iure legali debetur, et salva in omnibus imperiali iustitia et episcopali iure. Statuimus preterea, ut liceat abbati predictae ecclesie possessiones iure emphiteotico concessas post lapsum personarum nostra auctoritate intrare et in eiusdem ecclesie libera iurisdictione tenere et gubernare, nisi in emphiteotico instrumento contineatur, quod debeat renovari. Statuimus etiam^f, ut, si quis tenens ecclesie illius possessiones canonem inde constitutum usque ad biennium expletum contra abbatis voluntatem detinuerit et non solverit, abbas item nostra^g auctoritate possessiones illas^h libere ingrediatur et in sua iurisdictione ad usum ecclesie sue teneat et disponat; et hicⁱ, qui debitum canonemolvere neglexerit, ius possessionis illius omnino amittat. Mandamus^k autem omnibus imperii nostri fidelibus, ut eandem ecclesiam sub nostra protectione constitutam et imperio specialiter attentent ubique studeant manutenere et ab omni iniuria et molestia occursu defensare. Si quis vero ausu temerario

a) et 2. b) eius 1. c) suscepimus 2. d) fehlt 2. e) presens 1.
 f) preterea 2. g) fehlt 1. h) possessionem illam 2. i) is 2. k) commendamus 1; commendamus 2.

contra hanc nostre benignitatis preceptionem et tuitionem presumpserit venire et predicti monasterii personas aut possessiones aliquo gravaminis et iniurie malefacto ledere, pene 50 librarum auri puri subiaceat, quarum medietas fisco regali exhibeatur, residua medietas abbati ipsius ecclesie persolvatur.

Datum apud Cesenam anno dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo septimo, indictione 10, octavo^a idus Iulii mensis^b.

Domcapitel von Città di Castello.

(Muzi), Memorie ecclesiastiche di Città di Castello II, 82 hat aus der folgenden Urkunde das Güterverzeichnis mitgetheilt; in seinen Memorie civili I, 14 hat er ihrer nochmals gedacht, St. 3988a. Das Original findet sich im Capitelarchiv, aber es soll so verfallen sein, dass sich darnach kein Text herstellen lasse. Zum Glücke wurde in einer Zeit, als der Zustand des Diploms noch nicht ganz so trostlos war, ein Copialbuch angefertigt. Freilich hat auch die hierin enthaltene Abschrift manche Lücken und Fehler; sie zu verbessern oder auszufüllen, kommt uns eine Wiederholung durch Philipp von Tuscien zu Hülfe. (Muzi), Memorie civili I, 18 hat sie veröffentlicht und damit das ausreichendste Mittel zur Reconstruction gegeben, B. F. 9.

Natürlich beziehe ich mich auf die Urkunde Philipps nur dann, wenn ich ihr durchaus folgen muss. Alle verschiedenen Lesarten zu verzeichnen, namentlich auch in den Ortsnamen, wäre nutzlose Arbeit. So bleibt die eigentliche Grundlage meines Textes das erwähnte Copialbuch, aus dem der gefällige Domherr Ricci mir eine Abschrift besorgte, während ich zuschauen durfte.

Friedrich I. nimmt auf Verwenden seines treuen und glorreichen Fürsten Reinald, des Erwählten von Köln und Erzkanzlers von Italien, den Propst Reiner, dessen Nachfolger und Brüder in seinen besonderen Schutz; will sie von jeder ungerechten Abgabe und Bedrückung frei wissen; befiehlt die Zurückgabe der ihnen entfremdeten oder ohne ihre Zustimmung verpfändeten Güter und Rechte; erlässt Verbote gegen Beraubung und Bedrückung; bestätigt die zahlreich genannten Besitzungen, die

a) VIII. 1. b) fehlt 1.

keinen Abgaben und Leistungen an fremde Personen unterliegen sollen, aber unter Wahrung der Gerechtsame des Reiches.

1163 November 6, Lodi.

C. In nomine sancte et individue trinitatis amen. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus.

Inter imperialium [sollicitudinum^a] salutiferos fructus, quos pro generalitatis commodo mente^b gratuita sustinemus, nihil dignius aut salubrius^c estimamus, quam sanctarum dei ecclesiarum pacem reintegrare, commoda multiplicare et in antique sue libertatis statum deo cooperante, quo auctore omnia prosperantur, feliciter eas reformare. Ideoque omnium Christi imperiique [nostri^a] fidelium presentium ac futurorum cognoscat solertia, quod nos divini timoris reverentia et interventu fidelis ac gloriosi principis nostri Rainaldi, illustris Coloniensis electi et Italie archicancellarii, atque aliorum nostrorum fidelium Rainerium, priorem canonice Castellane Civitatis, eiusque successores ac fratres universos presentes atque futuros et cunctas eorum res ac possessiones adquisitas et acquirendas sub imperiali nostra protectione specialiter recipimus atque ab omnium hominum^d illicita exactione et indebito gravamine penitus immunes perpetuo esse censemus, augustali nostro edicto statuentes ac [precipi]entes^e, ut omnes ipsius canonice possessiones ac iura, que hactenus ab ea iniuste alienata sunt vel sine canonicorum licentia et consensu pignori obligata, a marchionibus vel comitibus, proceribus seu vavasoribus [aut consulibus sive civibus] seu aliquibus aliis personis dicte canonice integraliter restituantur; de cetero neque iure villicationis aut yconomie vel nomine feudi aut occasione custodie vel usus [parentum ab aliquo diripiantur seu iniuste occupentur, nec licitum sit consulibus vel rectoribus Castellane Civitatis aut civibus predictam] ecclesiam et hospitale^f [eius et omnes eius ecclesias] aliquibus exactionibus inquietare, [neque predia eorum vel] vineas rusticarum [vel redditus] sive alia [bona presentia vel futura] invadere^g vel detinere, sed^h predicte ecclesieⁱ speciali nostre

a) Keine Lücke in der Abschrift; die Ergänzung nach der Urkunde Philipps. b) *aure*. c) *digne aut salubre*. d) *eorum*. e) Von hier an sind die Lücken in der Abschrift durch Punkte angedeutet; die in Klammern gesetzten Ergänzungen sind — bis auf die Datierung — überall nach der Urkunde Philipps vorgenommen. f) *fratres*. g) *invadere* in der Urkunde Philipps. h) *scilicet*. i) Die Abschrift

tuitioni ac patrocinio subiecte sua omnia perpetuo inviolata et illesa conserventur. Ad evidentiore[m] autem ac validiore[m] imperialis huius nostri edicti observantiam quedam ecclesie prenotate bona seu iura presenti pagina nominatim connumerantes, videlicet quidquid iuris habet predicta ecclesia in Castellana Civitate et in eius curia, in castello Upai et in eius curia, in curte Piteni, in plebe sancti Savini, in curte Falerni, in plebe Rubiani, in sancto Putito, in Iove, in Cerbaria, in Silice, in Pitillano, in Cella alba, in Pistrino, in Scafagia, in plebe Canani, in plebe sancti Cipriani, in Agello Frigido, in Ba[run]telle, in curte Anglari, in Conclo, in Terenzalla, in Arsitio, in Roti, in plebe Bucuniani, et quidquid iuris habet in hospitali Uber-tatis, in Celle filiorum Berardi, in Casa Nova, in Bagnaria, in plebe Saddi, in plebe Suffie, in Colle Medio, in plebe Agilionis, in Colle Matthei, in plebe Gratizole, in eo quod fuit de Torto de Sasso, in Monte Vicino et in eius curia, in plebe Apicule, in Nuovole, in Cugnano, in Viano, in Castilione, in Sessa, in Covacro, in Monte Viano et in tota eius curia, in Polenzano et in foro Castellane Civitatis, et si que in aliis aliquibus locis de rebus aut possessionibus prefate ecclesie inventa fuerint, perpetuo ei concedimus et corroboramus atque ab indebitis dationibus et servitiis omnium aliarum personarum auctoritate nostra penitus absoluta semper esse iubemus, salva in omnibus imperiali nostra iustitia. Si quis vero, quod absit, contra hec imperiali[a] nostra statuta aliquo in tempore venire temptaverit, quinquaginta librarum auri penam incidat earumque medietatem imperiali nostre camere inferre et reliquam medietatem priori et supradicte ecclesie cogatur persolvere. Utque hoc sacre nostre iussionis edictum verius^a ab universis credatur et diligenter semper observetur, presentem paginam manu propria roborantes maiestatis nostre sigillo precepimus communiri^b.

Signum domni Frederici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Rainaldus sancte Coloniensis ecclesie electus et Italie archicancellarius recognovi.

Data Laude, 8. idus Novembris, anno dominice incarnationis 1163, indic[tione 12], imperante domno Frederico Romanorum imperatore semper invictissimo, anno regni eius [12, imperii vero] 8. In nomine domini feliciter, amen.

hat hier fünf Punkte, während doch nach dem Zusammenhange und der Urkunde Philipps nichts zu fehlen scheint. a) *acrius*. b) *certiori*.

Crespino, Montescalari und Vallombrosa.

I. In der Diplomatik spricht Ein Wort zuweilen mehr, denn ganze Sätze. Das zeigt z. B. St. 3899, eine Urkunde für die Vallombrosaner von S. Maria zu Crespino¹. Sie ist längst, aus Inhalt und Form, als wüste Fälschung erkannt worden². Der grösste Theil des Machwerkes entstand ohne ein Vorbild, das vor manchen Missgriffen bewahrt hätte. Wenn dann aber die Datierung anhebt: *Actum quoque est*, so sieht der Kenner, dass hier doch eine Urkunde benutzt ist, und zwar von 1164, denn nur in diesem Jahre hat ein Schreiber der kaiserlichen Kanzlei *quoque* zu *actum* hinzugefügt³. Das geschah schon im Januar, da der Kaiser zu Castro Caro die Kamaldolenser beschützte, St. 4004⁴. Zu Castro Caro, wo sich Friedrich I. kein zweites Mal nachweisen lässt, soll auch St. 3899 ausgestellt sein, nur nicht 1164, sondern 1160. Offenbar hat ein Privileg d. d. Castro Caro 1164 Januar als Muster gedient. Den Ort *Castro Caro* und den Zusatz *quoque* behielt der Fälscher bei, das Jahr 1164 änderte er in 1160, den Januar in den October. Seine Quelle konnte indess nicht der Schutzbrief für die Kamaldolenser selbst sein; denn ihm fehlen Signum und Recognition, die in St. 3899 sich richtig finden⁵; dann beachte man Königs- und Kaiserjahre: dort 11 und 9, hier 7 und 4, durch einfache Subtraction von Vier, der Differenz zwischen 1164 und 1160, hätte sich 7 und 5 ergeben. Aber am 10. Februar schrieb der Kanzlist, ausser seinem *quoque*, das 11. Königs- und 8. Kaiser-

1) Aus einer Beglaubigung von 1321, die das Florentiner Staatsarchiv aufbewahrt, besitzen die MG. Abschriften Böhmers und Pabsts. Ihren Daten entsprechen die der Drucke bei Ughelli, Ital. sac. II, 498 ed. II^a. und Soldanus, Hist. mon. Pass. I, 194. Dagegen heisst es bei Lami, Del. erud. IV, 190: 1159 ind. 7, statt 1160 ind. 8. Vgl. aber S. 318.

2) Ich will nur bemerken, dass nach Böhmer die Notare auch das Siegel beschrieben haben. *Ex alio vero latere ipsius sigilli sculta erat ymago cuiusdam aquile cum alis extensis et corona in capite*. 'Da nun erst Ludwig der Baier ein Rücksiegel hatte', folgerte Böhmer, 'so muss die Fälschung 1321 sehr jung gewesen sein'. So schrieb er 1837; nach dem heutigen Stande der Wissenschaft würde er Heinrich VII. an Stelle Ludwigs gesetzt haben. 3) St. 4004. 07. 12^a. 12^b. 25. 28^b. 4) Mittarelli, Annal. Camald. IV, 21 hat die Urkunde veröffentlicht, doch ohne Orts- und Tagesdaten. Aus einer Abschrift des im Florentiner Staatsarchive beruhenden Originals, die ich der Güte R. Davidsohns verdanke, mögen sie hier ergänzt werden: *Actum quoque est anno dominice incarnationis 1164, indictione 12, regnante domno Frederico Romanorum imperatore serenissimo, anno regni eius 11, imperii vero 9. Datum in Castro Caro 10. kal. Februarii*. 5) Nur liess der Fälscher den Kanzler bei Seite, mit dem Erzkanzler sich begnügend.

jahr¹, die beide um Eins zu niedrig berechnet sind, St. 4007²; es war zu S. Arcangelo: nach dem Gesagten bedarf es jedoch eines Musters aus Castro Caro. Also gab es eine uns heute verlorene Urkunde, die im Januar 1164 zu Castro Caro ausgestellt war, wie St. 4004, das 11. Königs-, das 8. Kaiserjahr trug, wie St. 4007, und mit Signum und Recognition versehen war.

Nun erheben sich zwei Fragen: aus welchem Archiv entnahm der Fälscher seine Vorlage und warum hat er deren Daten geändert?

1) Wahrscheinlich verdankte der Vallombrosaner von Crespino doch einem Kloster der eigenen Congregation sein Muster. Aber ein Privileg Friedrichs I. für Vallombrosaner, das uns nur aus Erwähnungen eines seiner Nachfolger bekannt wäre, lässt sich meines Wissens nicht nachweisen³. Freilich bezieht sich Heinrich VI., da er dem Kloster Montescalari gewisse Rechte verleiht, auf den Vorgang seines Vaters, St. 4612. Aber wie wir sehen werden, kann man gegen dieses Diplom gewichtige Bedenken geltend machen, somit auch gegen das uns nicht erhaltene Vorbild, dem Heinrich gefolgt sein soll. Dafür mag man immerhin erwägen, dass die Benedictinerinnen von S. Ellero in der Mitte des 13. Jh. dem Kloster Vallombrosa selbst unterstellt wurden, dass sie bald nach Florenz übersiedeln mussten, dass der Besitz von S. Ellero an Vallombrosa⁴ gelangte, damit doch auch gewiss das Archiv. Nun urkundete Heinrich VI. für S. Ellero *ad imitationem inclitae memoriae praedecessoris nostri Friderici divi imperatoris*, St. 4685. Das Privileg fehlt uns. Sollte es die verlangten Daten getragen haben? sollte der Fälscher es in seinem Mutterkloster gesehen haben?

2) Stumpf glaubte, Fälscher hätten die formelhaften Theile ihrer Vorlagen hier und da geändert, nur aus der Absicht, den Verdacht abzulenken. Das hat Ficker bestritten; er verlangt zur Erklärung — wofern nicht blosse Willkür anzunehmen sei, — einen mit dem Inhalt der Fälschung zusammenhängenden Zweck, den zu erkennen dann freilich im Einzelfalle nicht immer leicht sein möchte⁵.

1) Ich folge einer Collation Bethmanns, der das Original vor Augen hatte. Danach ist die Angabe St. 4007 zu berichtigen. Auch streiche man: 'Mit Zeugen'. 2) Richtig sollte es St. 3899 heissen: *a. reg. 9. imp. 6.* 3) St. 4722 verweist Heinrich VI. auf ein Privileg Friedrichs I. für Passignano, das man in Stumpfs Verzeichnis nicht findet. Es wurde erst später bekannt, vgl. Mitth. d. Inst. f. österr. Gesch. X, 297. 4) Die Urkunden bei Soldanus l. c. I, 133—144. 5) Beiträge zur Urkundenlehre I, 22.

So wird man begreifen, dass ich meine Lösung nur als Versuch betrachte. Daneben wahre ich mir die Annahme der Willkür.

Im September 1164 bestätigte Friedrich I. den Grafen Guidi von Modigliano ihre Besitzungen, darunter auch das Kloster S. Reparata zu Maradi, St. 4028^b. Da der Kaiser einerseits sagt, er schenke *omnia cum omnibus curtibus, districtibus et pertinentiis*¹; da S. Maria zu Crespino andererseits der hl. Reparata gehörte², so konnten die Guidi Ansprüche auch auf das abhängige Kloster erheben. Gerade dagegen richtete sich die Fälschung: sie sollte alle weltliche Herrschaft fernhalten, namentlich die der Guidi³. Deren Privileg trug das Datum 1164, und die Vorlage des Mönches von Crespino war ebenfalls 1164 ausgestellt. Nun konnte man freilich für sein Machwerk immerhin die Priorität behaupten, wenn er auch den Januar 1164 beibehalten hätte, denn das Beweismittel der Gegner schien ja um sieben Monate jünger zu sein. Aber muss er Tag und Monat gekannt haben? Wahrscheinlich hatte er doch nur gehört, dass das älteste Document, worauf die Guidi sich stützten, dem Jahre 1164 angehörte. So setzte er 1160, *anno regni* 7, *imperii* 4 anstatt 1164, *anno regni* 11, *imperii* 8. Allerdings, für die Aenderung des Januars in den October sehe ich keinen logischen Grund; da bleibt mir nur die Annahme blosser Willkür.

II. In einer datenlosen Urkunde, die König Heinrich VI. den Vallombrosanern von S. Cassiano in Montescalari ertheilt, St. 4612, deckt sich zunächst die Arenga, auch noch ein Satz, wonach für den Aussteller das Beispiel seines Vaters massgebend war, mit einem Schirmbrief, den er am 1. September 1186 allen Klöstern der Vallombrosaner ausstellen liess, St. 4585. Das Weitere, also der eigentliche Gehalt des Diploms, ist von St. 4611 um Nichts verschieden, bis auf eine einzige, noch zu besprechende Bestimmung. Auch die Zeugen dieses Privilegs, das am 29. April 1187 die Vallombrosaner von S. Salvi in Paratinola sich erwirkten, kehren geradeso in St. 4612 wieder, und eben darum hat man Gleichzeitigkeit angenommen.

St. 4612, einem Gliede der Congregation von Vallombrosa ausgestellt, stimmt also mit zwei Urkunden für

1) Die Urkunde wurde bestätigt 1191 von Heinrich VI., 1220 von Friedrich II, St. 4700. B. F. 1241. 2) Urkunde Alexanders III. von 1168, J.-L. 11421. 3) — *facientes eos exemptos a consortio et dominio Florentinorum et Faventinorum, a comitibus Guidis etc.*

Klöster desselben Ordens überein; Montescalari und Paratinola liegen aber im Gebiete von Florenz, nicht weit von ihnen Vallombrosa, in dessen Archiv die allgemeine Beschirmung aufbewahrt wurde. So drängt sich die Annahme auf, dass St. 4612 aus St. 4585 und 4611 zusammengesetzt sei. Den gegen die Echtheit erwachten Verdacht bestärken dann zwei Momente. Erstens ist die Invocation: *In nomine patris et filii et spiritus sancti* durchaus kanzleiwidrig; man schrieb, wie auch in St. 4585 geschah: *In nomine sancte et individue trinitatis*. Zweitens und besonders lautet die Bestimmung, um die St. 4611 reicher ist als St. 4612: *Pro hac autem maiestatis nostre concessione prenominati monasterii abbas et fratres unum Byzantinum aureum annuatim camere nostre persolvant*. Es ist die einzige Verpflichtung, die den Vallombrosanern von Paratinola auferlegt wird; ihre Ordensbrüder von Montescalari, denen doch die gleichen Rechte vergünstigt werden, haben nicht auch die gleiche Abgabe zu entrichten, sind vielmehr ganz frei.

Leider ist mir unbekannt, wie St. 4612 überliefert ist. Trotz der nicht geringen Verdachtsgründe möchte ich daher mit einer Entscheidung zurückhalten.

III. Zum 18. Februar 1191 wird für Vallombrosa nur eine Urkunde Heinrichs VI. angeführt, St. 4682. Offenbar sind es aber zwei verschiedene Privilegien, die Ughelli *Italia sacra* III, 222 ed. II^a und Lami *Del. erud.* III, 198 veröffentlicht haben. Lami hat auch ausdrücklich bemerkt, dass das von ihm herausgegebene Diplom ein anderes sei, als das Ughellische¹. Der Wortlaut zeigt nur geringe Uebereinstimmungen; selbst die formelhaften Theile sind keineswegs dieselben; und schon daraus sieht man, dass auch Toeche irrte, wenn er die Fassung, die bei Lami vorliegt, für eine Verkürzung hielt². Allerdings verleiht der Text Ughellis ausführlichere Rechte, aber in Einem Punkte findet sich doch bei Lami mehr. Gerade daran erkennt man aber den Zweck der zweiten Urkunde. Ughelli veröffentlichte eine Beschirmung der Vallombrosaner Klöster, eine Bestätigung und Erweiterung ihrer Rechte. Ein Besitzthum wird mit Namen genannt: Heinrich beschützt *nominatim castrum Magnalis*. Auch bei Lami heisst es: *nominatim castrum Magnalis*. Nur hier aber verbietet Heinrich VI., dass Jemand beunruhige oder besteuere, wie die anderen Besitzungen, so *nominatim predictum castrum*. Hin-

1) Vgl. 319 zum Jahre 1191 mit 103 zum Jahre 1191. 2) Heinrich VI. S. 649 n. 105.

gegen ist von den verliehenen Rechten keine Rede. Danach ist doch das Verhältniß so: die Fassung bei Ughelli sollte auch dem Schutze von Magnali dienen, verfolgte dann aber weitere Interessen; die von Lami gedruckte Urkunde gilt recht eigentlich der Sicherung Magnalis. Die Bedeutung der Burg tritt hier und dort hervor, aber das andere Mal sollte sie noch schärfer betont werden; es geschah durch die Wiederholung, es geschah auch dadurch, dass mit ihrer Sicherung nichts Fremdartiges verbunden wurde, also nicht die Bestätigung und Erweiterung von Rechten. Dazu mag noch bemerkt werden, dass die Aebte von Vallombrosa sich nach der Burg Grafen von Magnali nannten¹.

Dulgano Bürger von Ferrara.

Klinkenborg fand in den Monumenta Ferrariensia medii aevi, d. h. einer Sammlung von Originalurkunden, welche die Biblioteca dello studio zu Ferrara unter n. 334 aufbewahrt, eine der in staufischer Zeit noch nicht eben häufigen Bestellungen von Notaren². Ich lasse sie nach meiner Abschrift folgen³. Als Analogon mag man die Urkunde Friedrichs II. vom 20. September 1220 vergleichen⁴, namentlich insofern, als auch hier neben dem Treueid ein Amtseid erwähnt ist.

Friedrich II. ernennt den Dulgano, Bürger von Ferrara, nachdem er Treu- und Amtseid von ihm empfangen hat, zum öffentlichen Reichstabellio.

1238 Juli, im Lager bei Brescia.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex.

Per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos confidentes de prudentia et fidelitate Dulgani, filii Panisgrani, civis Ferrariensis fidelis nostri, recepto ab eo fidelitatis et officii iuxta consuetudinem iuramento, constituimus eum publicum tabellionem imperii, ut amodo ubique per imperium predictum tabellionatus officium possit et debeat ad honorem et fidelitatem nostram legaliter exercere. Quocirca uni-

1) Repetti, Dizionario geogr. fis. stor. della Toscana III, 20.

2) Nachrichten der k. Gesellsch. d. Wissensch. zu Göttingen 1897, S. 355 Anm. 1. Vgl. auch oben S. 144. 3) Später erhielt ich auch noch eine Copie von H. Bloch, der mich zugleich belehrte, dass nicht mit Klinkenborg *Bulganus* zu lesen sei. 4) B. F. 1162.

versitati vestre precipiendo mandamus, quatinus eidem Dulgano super hiis, que ad dictum tabellionatus officium spectare [noscu]ntur, de cetero intendatis tamquam tabellioni publico, a maiestate nostra statuto ad honorem et fidelitatem nostram. Et nullus sit, qui dictum Dulganum super dicto tabellionatus officio temere imp[edire, mo]le[stare] vel perturbare presumat. Quod qui presumpserit, indignationem nostram se noverit incursurum. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri iussimus, maiestatis nostre sigillo munitum.

Datum in castris circa Brixiam anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense Julii undecime indictionis.

S. Benignus zu Fruttuaria.

Blos Eine der 10 Urkunden des Klosters, die Stumpf verzeichnet, ist im Originale erhalten, von allen anderen besitzen wir nur ungenügende Abschriften; sehr mit Recht beklagte jüngst Sackur¹ die schlechten Texte, welche die Geschichte des klösterlichen Besitzes so sehr erschweren. Nicht viel besser, als die von Stumpf aufgeführten, ist eine Urkunde Friedrichs II. überliefert, damit zugleich auch eine bisher ungedruckte Friedrichs I., die dessen Enkel in die seinige 'einrückte'.

Bei der Beschreibung des Turiner Staatsarchivs hatte Bethmann² für Fruttuaria kurz angemerkt: 1159. 1238. Winkelmann³ hat dann neulich die Bestätigung Friedrichs II. herausgegeben; 'die völlige Gedankenlosigkeit' des Copisten wird ihn bestimmt haben, von einer Veröffentlichung des eingerückten Privilegs abzusehn. Wir können den Wortlaut aber nicht entbehren, und so habe ich in Turin eine Abschrift genommen. Da erkannte ich denn, dass 'völlige Gedankenlosigkeit' noch kein zu harter Tadel sei⁴. Und zu den sinnlosen Verlesungen kommen zahlreiche Lücken, = 1.

Die Vorlage war ein Transsumpt von 1338, und aus gleicher Quelle floss auch eine andere Abschrift, die das Archivio dell' economato zu Turin aufbewahrt⁵. Sie zeich-

1) Die Cluniacenser II, 3 Anm. 1. 2) Archiv XII, 598. Ebendort findet sich auch die Erwähnung einer Königsurkunde von 1202; gemeint ist aber St. 1430: im Turiner Text ist 1202 aus 1006 geworden. 3) Acta imp. I, 304. 4) Abbazia S. Benigno, Mazzo 1 enthält drei gleichlautende, daher gleichschlechte Abschriften. 5) Abbazia S. Benigno, Cartella 1, mazzo 5, n. 12.

net sich nur durch Einen Vorzug aus: von anderer Hand sind einige Lücken ergänzt, offenbar mit Hülfe einer besseren Ueberlieferung. Sonst kann die Copie, welche Calligaris nachgewiesen und Cipollo für mich verglichen hat, uns wenig nutzen = 2.

Um so erfreulicher ist, dass Calligaris in seiner trefflichen Studie über das Kloster Fruttuaria¹ noch auf einen dritten Text aufmerksam gemacht hat, nämlich auf eine, im Turiner Staatsarchiv ruhende Beglaubigung von 1298, die ebenfalls die Urkunde Friedrichs II. und damit denn auch Friedrichs I. enthält². Sie leidet weniger an Fehlern; aber manche Stellen sind unlesbar geworden. Da kann die sonst schlechtere Ueberlieferung uns Hülfe leisten: nur deshalb habe ich sie erwähnt; ihre zahllosen Verkehrtheiten und Lücken will ich nicht auf die Nachwelt bringen³. Meine Ausgabe folgt also im Wesentlichen der Abschrift von 1298, deren Collation ich wiederum der Gefälligkeit Cipollas verdanke = 3; auf die Abschriften des Transsumpts von 1338 werde ich nur selten Bezug nehmen⁴.

Natürlich habe ich auch die benutzten, unter sich gleichlautenden Vorurkunden herangezogen, eine Heinrichs IV.⁵ von 1069 und eine Heinrichs V. von 1112.⁶ Was mit ihnen übereinstimmt, gebe ich durch kleinere Lettern wieder.

Von einigem Interesse ist das Tages- und Ortsdatum: es erläutert nämlich in erwünschter Weise eine Angabe Rahewins. Friedrich hat das Osterfest 1159, d. h. den 12. April, zu Modena begangen: *festoque terminato in territorium Bononiense, ubi tunc manebat exercitus, demigrans adventu suo universos laetificavit*⁷. Wir wissen nun, dass das Heer bei Castiglione de' Gatti lagerte⁸ und dass Friedrich am 17. April in Mitten seiner Soldaten verweilte⁹.

1) Un'antica cronaca Piemontese 102. 2) Abbazia S. Benigno, Mazzo 18. 3) Nicht besser möchte eine andere, mir unzugängliche Abschrift sein; sie floss *da una copia antica e molto corrosa*. Cipolla in den Atti della r. accademia di Torino XXVI, 895. 4) Noch weniger habe ich mich um Schreibereigenthümlichkeiten gekümmert, und zwar auch nicht in Hinsicht auf die bessere Ueberlieferung: ich habe geschrieben, wie man in der Kanzlei Friedrichs I. zu schreiben pflegte. 5) Stumpf, Acta 316 S. 447. 6) Guichenon, Hist. de Savoye IV, 664. 7) Ed. Waitz IV, 32 p. 218. 8) Castiglione de' Gatti im Districte Vergano gehörte den Grafen Alberti di Mangone — vgl. z. B. Savioli, Annali Bolog. II^b, 169 — und kam 1340 in den Besitz der Pepoli von Bologna, daher hiess es später auch Castiglione de' Pepoli. Gozzadini, Delle torri gentilizie di Bologna 412. 9) Nach Giesebrecht, Kaiserzeit V, 192 hätte Friedrich die Mailänder schon am 16. zu Bologna geächtet; nach Jordan, Rahewins Gesta Frid. 80 Anm. 1 geschah es erst am 19.

Friedrich I. beschützt auf Verwenden des Kanzlers Reinald und auf Bitten des Abtes Rufin das Kloster als ein reichsunmittelbares; gestattet freie Wahl des Abtes, dessen Weihe keinem bestimmten Bischofe zukommt; bestätigt die zum Theil genannten Besitzungen des Klosters; schützt es gegen Verjährung und Abgaben, wahrt aber die kaiserlichen Rechte.

1159 April 17, Castiglione de' Gatti.

In nomine sancte et individue trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus.

Imperialis dignitatis^a sagacitati congruere videtur, domino deo nostro devote famulantium curam propensius gerere^b et, ut in futurum omnipotenti creatori quiete deservire valeant, speciali protectione eos confovendo iuvare. Quapropter noverit eiusdem domini dei ac sacratissimi imperii^c nostri fidelium tam futurorum quam presentium solers industria, qualiter nos pro divino amore¹ atque anime nostre remedio, interventu quoque Raynaldi, dilecti cancellarii nostri, ac petitione Rufini, venerabilis Fructuariensis abbatis, ipsum monasterium, in honorem beatissime dei genitricis^d Marie sanctorumque martirum Benigni et Tiburtii edificatum cum omnibus personis inibi presentialiter deo famulantibus aut futuro tempore servituris et cum universis possessionibus suis cunctisque rebus mobilibus seu immobilibus, quecumque, recte dum, iuste et legaliter possedit, liberalitate regum aut imperatorum^e, largitate pontificum, donatione principum vel oblatione quorumlibet fidelium aut aliis iustis modis obtinet seu deinceps adipisci poterit, in imperialis tuitionis protectionem^f perpetuo recepimus, ea videlicet ratione, ut idem cenobium omnium hominum remota contradictione sit liberum nulliusque mortalium^g potestati subiectum, sed imperialis mundiburdii ac specialis^h nostre defensionis sitⁱ munimine constitutum; liceatque monacis pretaxati monasterii, cum venerabilis abbas Rufinus, qui nunc preesse videtur, ab hac vita decesserit, quemcumque voluerint^k inter se rationabiliter eligere et eundem a quocumque catholico^l episcopo ipsis placeat ordina-

a) diligentie 3; diligentia 1. 2. b) genere 1. 2. 3. c) sũc ...
 ... nostri 3; sanctissimi imperatoris 1. 2. d) genitricis mar-
 tirum 3. e) imperator pontificum 3; imperator donata
 1. 2. f) poterit imperiali tuitione protectionis 3; poterit imp. tuitione
 protectione 1. 2. g) nulliusque mortal subitum 3; nullusque
 potestati subiectum mortalium 1. 2. h) spiritalis 1. 2. 3. i) sit fehlt 3.
 k) quecumque voluerint 1. 2. 3. l) catol nacionem recipere 3;
 catholico episcopo ipsis presentari aut ordinari occupari 1. 2.

1) Danach berichtige man den Unsinn im Drucke Stumpfs: *ex divino munere animaeque nostrae remedio.*

tionem recipere. Insuper^a hac decretali pagina prenominate cenobio confirmamus, donamus et stabilimus^b omnia, que ipsi ab antecessoribus nostris, imperatoribus seu regibus, aliisque quibuscumque fidelibus rationabiliter collata aut quolibet modo iuste acquisita aut permutata sunt, que sita sunt in episcopatibus seu comitatibus^c, Eporeiensi videlicet et Taurinensi^d, Vercellensi, Novariensi, Mediolanensi, Ticinensi^e, Terdonensi, Astensi, Albensi, Aquensi, Savonensi, Albigaunensi^f, Ferrariensi, Bononiensi, Augustanensi, Laudensi ac Cumano atque Adriensi ac nominatim, quod idem monasterium possedit in Montanario et in Curte regia^g ac in Verano et in Cauda^h et in villa Vulpiani et castellum Lombardori et villam que dicitur Arusca et Falona et Calpis et Serralonga et Villanova et Mayeranum, universaque predia, que possidet intra fines Morocium et in Clusa et in Cavalla et in villa Quadragintaⁱ et in Dusicino et generaliter quidquid ubique locorum in toto imperio nostro de iure possidet idem^k monasterium in^l cellis, ecclesiis, capellis aut in civitatibus^m, castellis, burgis, villis cum omnibus suis appenditiis videlicet areisⁿ, edificiis, pratis, pascuis, alpis, silvis, venationibus, viis et invisiis, ripis, riponis, aquis aquarumque decursibus, portibus, piscationibus, exitibus atque redditibus, mercatis, teloneis, molis, molendinis, utriusque sexus mancipiis, quesitis et acquirendis et cum omni utilitate, que nunc aut deinceps inde pervenire poterit^o. Preterea constituimus^p, ut quecumque predictum monasterium Fructuarie de possessionibus suis iniuste perdidit sive propter imperatorum aut regum absentiam sive propter rectorum negligentiam aut raptorum violentiam, non obsit ei ulla longi temporis prescriptio, quominus^q veraci instrumento seu legitimo testimonio possessionem suam iniuste alienatam reclamare^r poterit, ut ei restituatur. Precipimus quoque, ut que possidet idem monasterium Fructuarie in Paterniano in castello, villa et curtibus^s, absque omni vexatione et quiete possideat^t. Statuimus nihilominus, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nulla ecclesiastica laycalisve persona, parva seu magna, presumat pre-

a) fehlt 1. 2. 3. b) fehlt 3; *donandi, confirmandi et stabiliendi* 1. 2.

c) *in episco Eporeiensi videlicet* 3; *in convallibus seu comitatibus Ipporegiensi diocesis videlicet* 1. 2. d) *Novariensi* 3. e) *Taurinensi* 3; *Trivenensi* 1. 2. f) *Ianuensi* 1. 2. 3. g) *regio* 3. h) *et Cand. castellum* 3. i) *in villa et in Quadraginta* 3; *in villa Aquantati* 1. 2. k) *in mon.* 1. 2. 3. l) fehlt 1. 2. 3. m) *civitate* 1. 2. 3. n) *arris* 3; *aris* 1. 2. o) *pervenerit* 3. p) *censemus* 3; *consens.* 1. 2. q) *quoniam in* 1. 2. 3. r) *proclamare potuerit ei* 3; *proclamare poterit ei* 1. 2. s) *partibus* 1. 2. 3. t) *possident* 3.

dictum monasterium inquietare aut divestire, aut abbati et suis successoribus molestiam vel iniuriam inferre nec ab eiusdem monasterii abbate aut famulis seu villanis ad ipsum locum pertinentibus bannum vel aliquam exactionem^a requirere^b aut decimas exigere aut in terris dominicatis, agris, pratis, vineis vel rebus aliquibus aut animalibus, salvo in omnibus nostre imperialis dignitatis honore. Si quis autem nostre confirmationis preceptum^c infringere aut violare presumpserit, mille libras auri optimi componat, medietatem nostre camere et medietatem sepedicti monasterii abbati persolvens^d. Quod ut verius credatur et diligentius ab omnibus observetur, hanc nostre iussionis paginam manu nostra propria roborantes sigillo nostro iussimus insigniri.

Signum domni Frederici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Raynaldus cancellarius recognovi.

Datum 15. kal. Maii anno dominice incarnationis 1159^e, indictione 7, anno domni Frederici serenissimi imperatoris regni^f eius octavo, imperii tertio. Actum in loco Castellione in episcopatu Bononie. In Christo feliciter, amen.

Lanciano und Ortona a mare.

I. Fella schrieb in den Jahren 1607—1625 eine Chronologia urbis Anxani¹, wofür ihm jetzt verschollene Urkunden von Lanciano zur Verfügung standen. Leider ist Fellas Werk, das ungedruckt blieb, heute auch nicht mehr vorhanden. Doch wurde es noch zu Anfang dieses Jahrhunderts benutzt, so namentlich von D. Romanelli, Scoverte patrie etc. nella regione Frentana I. II. 1805—9. Wahrscheinlich bediente sich der Fella'schen Chronologie auch U. Bocache, dessen Hss.² dann der neueste Geschichtschreiber von Lanciano, L. Renzetti, seinen Notizie istoriche della città di Lanciano 1878 zu Grunde gelegt hat.

Mit diesen Hilfsmitteln lässt sich über Urkunden Lancianos, die für unsere Regesten in Betracht kommen, wenigstens einige Auskunft geben.

Bei Romanelli l. c. II, 155 findet sich folgender Urkundenauszug und zwar nach Fella, der als Gewährsmann ausdrücklich genannt wird: *L'imperatore Federico per servigi a lui resi e per la fedeltà dimostratagli da' Lancia-*

a) conditionem 3; ponderem 1. 2. b) recipere 3. c) preceptionem 3. d) persolvantur 3. e) MCL. 3. f) regis 3.

1) Ueber seine Schriften vgl. Romanelli, Scoverte patrie II, 225

2) Nach C. I. L. IX, 27 werden sie in 14 Bänden auf der Bibliothek zu Lanciano aufbewahrt.

nesi nelle passate rivoluzioni del regno volle rimeritarli con qualche grazia. Confermò loro per tal fine tutti gli usi e le consuetudini e li appellò col titolo di buoni, che avevano fin da' tempi de' suoi predecessori ottenuto, come anche tutt' i privilegi e le concessioni da quelli fatte, ed aggiunse, che avessero franchigia da ogni dazio, colletta, pagamento, plateatico e passagio e che finalmente restassero sempre nel reale demanio. Fu il diploma spedito da Roma nel mese di aprile dell' anno 1212 della 15. indizione per mano di Giuseppe di Solmona suo cancelliere. Derselben Urkunde gedenkt Renzetti l. c., nur viel kürzer, aber ausser dem Tagesdatum 'April 12' theilt er den wichtigsten Satz in originaler Fassung mit: *Volentes etiam et huius presentis privilegii auctoritate firmiter statuentes, ut semper in nostro debeat demanio permanere.*

Wir erhalten eine in den Regesten fehlende Urkunde Friedrichs II. d. d. 1212 April 12, Rom¹. Die Daten passen vortrefflich ins Itinerar, und der Notar Joseph von Solmona begegnet uns auch im März 1212²: dass Romanelli ihn Kanzler nennt, scheint mir ebenso wenig gegen die Echtheit zu sprechen, wie dass er Friedrich II. schon als Kaiser einführt³.

